terre, qui per officio durante de duobus mensibus
in duos menses qui Not.rius teneatur et debeat
esse cum Potestate et consilio d.e terre et
interesse omnibus consilijs et credentijs, ac etiam
adunantijs et scribere omnia proposita et
ordinamenta omnia facta seu fienda per Potestatem,
et consilium d.e terre et ordinamenta omnia
et reformationes que fierent tam per d.os Potestatem
quam etiam per consilium et adunantiam d.e terre
et omnia alia ipsorum que fieri debent et
possunt secundum formam statutorum d.e
terre et non aliud nec alio, que sine vel
extra prohibita vel prohibitionem per statuta
et assignationes et . . . . . scribat, et
ipsius Notarij et familie, ad omnes requisi-
tiones d.i consilij et communitatis, vel sindici
d.i Communis: scribat etiam omnia acta civilia
que

1 ii

que, coram d.o Potestate venibillarentur(?) et
mereta(?) abà scribat et faciat que sibi con-
mitterentur et que ad eius offi.m spectant p(ro)
futuras(?) Banni d.i Comunis qui pro suis
pro suo salario habeat et habere debeat à
d.o Comuni quolibet mense unum florenum
auri sibi solvendum p(er) Cammerarium d.i Co-
munis et habeat etiam à dicto Comuni et
Cammerario ~~[illegible]~~ p(ro) ipso Comuni de
bonis d.i Comunis certas cartas et tinctas(?)
sibi necessarias et habeat à contrahentibus(?)
et Litigantibus ad bancum pro salario suo(?)
[illegible] secundum ordines factos. Teneatur etiam
d. Not.rius scribere distincte et aperte omnes
introitus ~~pervenientes~~ ad manus Cammerarij
d.i Comunis et ~~[illegible]~~ expensas faciendas
Cammerarius factas vel fiendas tempore
sui offi.j. Teneatur quoque Cancellarius
~~[illegible]~~ sententias et condemnationes ad petitionem
cuiuscumque petentis dummodo sibi constet(?)
sequente de solutione facta. Teneatur etiam

facere Inventarium omnium existentium in Pala-
tio Communitatis d.ae Terrae, et visione
officii d.i Cancellarii una cum d.is Anti-
quioribus vel Sindico Communitatis cum
dicto Inventario et si aliquid deficeret re-
cuperent d.i Priores vel Sindicus, et fiat
sindicato qui fuerit ad sindicandum dictum
Cancellarium, et si negligenter erit de suo
teneatur restituere. Item habeat curam
et diligentiam de libris, et aliis d.ae Com-
munitatis. Et scribentis in armario
et invenire quando d.i libri vel aliqui
ex eis alicui ostenderentur. Teneatur
etiam homine petente, et allibrari ponere
et scribere in libro, et pro actu d.i prominis
et possessione ponere uni, et alteri elevare
ut occurrerit recipiendo a partibus salarium
competentem de premissis. Teneatur etiam
d.s D.nus Cancell.s dare copiam de dictis et scriptu-
ris omnibus petenti si sibi de iure per-
tinet pro competenti mercede et si causa
fuerit

Lir 12

fuerit in predictis vel aliquo predictorum
in tercio solidi currentes vice qualibet
puniatur, et finito eius officio debeat sin-
dicari per rationatores eligendos per dominos
Priores dicte terre et omnes et singulos
reddere rationem cum assignatione om-
nium librorum et scripturarum dicti Comunis.

8 De Electione Cammerarij

Item statuimus et ordinamus quod Camerarius Comunis dicte Terre eligatur per DD. Priores et consilium dicte Terre qui sit bonus homo, et fidelis, et devotus sancte matris Ecclesie et quod non sit parcialis et offitium eius duret per duos menses et plus arbitrio predictorum et teneatur ei vel a rationatoribus per ipsos eligendis debeat parare et reddere plenariam rationem suo finito offitio et refundere in Comuni quicquid teneretur infra octo dierum spatium sub poena quadraginta sollidorum cortonensium quolibet die qui gerat offitium suum hoc modo scilicet quod pecunias et alias res dicti Comunis que venirent ad manus eius bene custodiat et pecunias et alias res Comunis nullum suis utilitatibus mictat vel convertat, et requirat cum studio quo poterit sine fraude quicquid sibi poterit pro Comuni expedire et expensas utiles et necessarias faciat et scribi faciat eadem die in quaterno quod fecit

113

- ferit pro expensis et suis dabit consiliis bona
fide et cetera. quo ad suum pertinet officium observa:
bit et expensas non faciat nec aliquid ex:
pendat sine mandato Potestatis et domini Prioris et | Quod ultra servitia
consilio dictae terrae: Et dicimus quod | d. Potestatis retineat
Camerarius dicti Communis solvat salarium Potestatis | Vide sopra sub Rubrica
sicut in capitulo continetur semper retinendo | de electione Potestatis et
retenta usque ad sententiam sindicatus et si | infra de electione sindici
dictus Camerarius aliter solverit pro sindicium vel | Quod Potestas cogens Camerarium
eius rationatores in decem libris cortonen- | ad sibi solvendum debitum
sium puniatur vice et qualibet et si Potestas | ultra servitia puniatur.
aliter cogeret ad solvendum Camerarium in viginti
quinque libris vice qualibet puniatur, et
dicimus quod dictus Camerarius non comedat nec | Quod Camerarius non
bibat cum dicto Potestate, vel eius Notario et famuli | comedat cum Potestate.
sub poena centum solidorum vice qualibet:
Et quod dictus Camerarius teneat sigillum Communis
et sigillet omnes litteras quae pro Communi
opportune fuerit sigillari, et nullus litteram
sigillare debeat sine licentia domini Prioris
et consilii: qui Camerarius habeat pro suo salario
de pecunia et aere dicti Communis quatuor

denarios pro libram de omni eo quod perveni-
ret ad manus suas exceptis daciis pred-
ictis. quecumque quam de daciis perbandi
et collectis quas colligere debeat sine precio
alio et nullus d. Camerarius possit facere solu-
tionem et nullam facere depositionem de pecunia
dicti Communis sine licentia DD. Prioris et
Consilii sub dicta poena librarum solvend. et
Camerarius ipso facto privetur suo officio p
[illegible] et feudo et salario suo perdat.
Si quod dictus Camerarius non debeat aliquid
mutuare vel accomodare de pecunia et
rebus dicti Communis Poto vel alicui alie
persone sub poena librarum solvend. vice qua-
libet.

9 Quod nullus faciat aliquam solutionē nisi cammerario Communis

Item statuimus et ordinamus quod nulla per-
sona pro aliqua solutione condemnatione vel
pro solutione executionis pro damno dato vel
alia quacumque de ea causa audeat vel pre-
sumat in pecunia vel pignoribus aliquam
solutionem facere Potestati vel alii per-
sone nisi solvendo in manibus Cammera-
rii dicti Communis cum presentia notarii dicti Commu-
nis de eo quod pertinet ad dictum Commune
vel ad Potestatem dicte terre et ad eius
notarium et familiam; si quis contrafecerit in
premissis in penam solidorum Cortonensium
vice qualibet puniatur.

10 De electione Dominorum Priorum, et Consiliariorum dittę Terrę

In Nomine Domini Amen.

1 Ad honorem, et Reverentiam Omnipotentis Dei, et Beatę Mariæ Virginis, et sacro sanctæ Romanæ Ecclesiæ, et ad Reverentiam S.mi in Christo Patris, et D. N. Nicolai divina Providentia Papæ V. Hac statutaria nostra lege sancimus, et firmamus expresse quod officium DD. Priorum d.ę Terrę hoc modo et ordine procedat, videlicet quod sint duę saculę una quarum sit sex catubiis et in qualibet catubia sint descripta nomina DD. Priorum et duodecim consiliariorum, ita quod in qualibet catubia in toto sint descripta decem et octo nomina predictorum et de extra una sacula in consilio d.ę Terrę extrahatur una de d.is catubiis per D. Potestatem casualiter quę sibi primo ad eius manus pervenerit, et ipsa catubia seu extracta primitus conservata in alia sacula illico reclaudatur, et quod ibidem d.ę

duob; clauib; ligatis et sigillatis cum bulletta
cornariis reponerentur et reclauderentur in
quadam capsetta in sacristia S.ti Nicolai
d.ae terrae et dictorum eorum officiorum dd. Priorum
et Consiliariorum de d.a capsula qui non per-
mittantur extrahere duas qd duos inextra,
et octava die ante eorum officium teneantur
extrahere, et extrahi facere de d.a capsula
alias Cartulas modo, et forma p.edictis
et qui p ordines fiat d.tis singulis men-
sibus duobus et illi Priores et Consiliarii
qui ultimi fuerint de d.a capsula extracti
teneantur et debeant ante finem eorum
offitii octo diebus dictorum regimen et d.os
Priores et Consiliarios noviter eligere
et renovare et quod eis videbitur expri-
mere et d.as Cartulas renouare simili
modo et forma p.edictis et prout, et sicut
ordinatum et confirmatum extitit p magnif.
Potestatem et Antianos C. seu Gubernatores d.ae
terrae Collescipionis p Cam.am Rom.am et prefatos
D. N. Papam in temporibus Gubern. et rectores,

55v

Et dicimus quod dd. Priorum et consiliariorum
medietas sit, et esse debeat de Parrochia
S.ti Nicolai, et alia medietas de Parrochia
S.te Mariae d.te Terrae, et unus pro quolibet
vexillo d.i Communis, qui noviter Prior
dd. Priorum et sic amator Pacis, et Iusti-
tiae, et ss. d. Consiliarii assignando populo
Pacis intervenientem die sui introitus in
propria domus consilij et opere quo d.te Con-
stitutiones extrahi debeat de d.a Capsula et
ambo notarij d.i S. Consiliarii et Priores
ad d.as Sacristias S.ti Nicolai, et faciant por-
tare dictas capsellas cum d.is Samulis (?) sive
ex Cavallis d.i Communis in Palatio Comm.
ubi sic congregatum Consilium generale et
cum d.a Capsella veniente duo ex Clericis
d.e Terrae si nomina et extracta d.a Capon-
ia non supra dictum est stabilita d.a Capsella
reponetur ad d.as Sacristias ss. supra dictas
Approbationes, quae Capsella habeat tres
Claves quarum unam teneat Antiquior Pres-
biter

tiet d.te terre, et aliam teneat Potestas
et aliam Cam.inus d. Romanis, et dicimus
quod si aliquis qui reperiatur in dicta
catonia opr.e quo extraheretur extermi-
nium vel vabis impeditus, vel absens quod
ad dictum offitium intendere non posset
quod d. Priores tunc in offo presidentes
eligano in locum mortui vel absentis
filium, vel fratrem carnalem si habuerit
sufficientes, et si filium vel fratrem non
habuerit eligano alium ad voluntatem
d. D. Potestatis, et ipsum qui dd. Pri-
ores et Consilij sunt permittitur eleti
et extracti opr.e eorum offi. intentat
sancta Dei Euangelia in d. Consilio
dictum eorum offitium bene, et legaliter exer-
cere et prout posse conservabunt Cm.
et Populum d.te terre, et in statu pacifico
fico ad honorem et reverentiam et obedien-
tiam S.te Matris Ecce et S. D. Papae et
venire ad consilium botiis quoties fuerint

requisiti per castaldum vel ad sonum campane
et compellere et facere iuxta eorum posse
omnia utilia dicti communis et inutilia ob-
viare. Item dicimus quod duo ex ipsis

Quod duo ex Prioribus resideant semel in ebdomoda cum Cancellario.

Prioribus una cum Notario communis ad requi-
sitionem et mandatum D. Potestatis stent una
die pro qualibet ebdomada ad faciendum
et videndum facta communis et maxime super
datiis et collectis et condemnationibus et
aliis quibuscumque que in dicto libro ipsi communis
pro utilitate stent diebus communis et maxime
die Jovis sollicitent et requirant dominum
Potestatem et eius officiales cum diligentia
bene suum officium exercere super exactio-
nibus datiorum et condemnationum et
predicta die qua stabunt ad videndum et
faciendum facta communitatis ut dictum est ipsi
dicti duo Priores et Notarius predicta die

De mercede predictorum dd. duorum Priorum et Cancellarii residentium.

habeant pro eorum salario et mercede
pro quolibet ipsorum quinque soll. contrafacien-

De negligentia predictorum dd. Priorum

tibus et si ipsi premissi fuerint negligentes
et non steterint ut dictum est in decem
soll.

17

sott. contenentur, vigore quolibet, per quolibet
contrafacientes puniantur.

Qui Priores, et Consiliarii, sive permittentes — De auctoritate DD. Priorum, et consiliorum, quod possint reformare
electi habeant plenam licentiam et liberam potes-
tatem providendi, ordinandi et reformandi
omnia et singula spectantia, et convenientia
ad statum honorem manutentionem Com-
munis et Populi dictae Terrae, et totum quic-
quid per eos vel maiorem partem ipsorum fuerit
provisum reformatum et ordinatum valeat, et
teneat ac si esset factum confirmatum per totum
Commune, et Populum dictae Terrae et tenentur
mandetur per Consiliares dictae Terrae quieto
pro tempore.

Hoc excepto quod de punitione vel absolutione
maleficiorum commissorum vel committendorum
in dicta Terra, et eius Territorio in totum
vel in parte, nil proponi possit vel arengari
seu reformari in consilio seu adunantia praedictis.

58v

11. De officio, seu electione Castellorum.

Castalli Com.tis terrae Colle[...] sint, et esse de-
beant duo eligendi [...] Curiae, et
[...], et si aliter fieret electio sit
nullius valoris.
Qui Castalli faciant bene, et legaliter eorum
officium et continue ad omnia m[...] et requi-
sitiones D. Potestatis, et ipsius Not.rii, et
famili[...] sint et morentur in Palatio d.
Communis, et eidem D. Pot.ti eius Not.rii et famil[...]
obedient, et faciant oes citat.nes Relat.nes
[...] et [...], et [...] quae eis
vel alicui ipsorum D. Potestas, et eius
Notarius et familiares fuerint commissa. Et
si quis dd. Castellorum non obediverit, et
fecerit ea quae commissa sibi fuerint per dictos D.
Potestatem et eius Notarium possit detineri
in Palatio in Carceribus et [...] et ei
possit ab eo exigi poena pecuniaria per
Potestatem arbitrio hic qualibet à
[...] infra pretio dicto D. Pot.ti
pla-

118

ptaverit considerata persona inobedientis
qualitate.
Et Nullus Caballus auferat pro pignore
pannos de lecto ad ~~usum~~ lecti vel Arma
quecumque et non petant vel exigant pro
aliqua citatione seu pignoratione intus et
terras ultra duos denarios et qui contra
fecerit ipso iure in decem sollidis Cortonensibus
vice qualibet puniatur et teneatur in
principio regiminis cuiuslibet Potestatis
iuramentum facere de suo officio legaliter exer-
cendo et teneantur dicti Caballi pignora
que acceperint restituere illi cui acce-
perint infra secundam diem post quam
habuerint licentiam restituendi a Potesta-
te, vel ab Officialibus eius modo acceperit ad
poenam quinque solidi pro qualibet vice
et die qua steterit in mora quiquidem
Caballi habeant, et habere debeant a Cor-
pore ipsorum salario, et mercede unam custo-
diam mortuam continue die noctuque bene
opere eorum officii et habeant [illegible]

Quod per exercitium non aufe-
rantur arma neque panni
de lecto

De salario dictorum
Caballorum pro Rotationibus
et executionibus

De

De custodia pignorum
fienda per Caballos

sive birraetas de panno velluto medij
florenis birraetinum semel in anno et
ipsa cappae portent: signata ad
arma S.mi ~~D.ni~~ Papae cum sump-
tibus et expensis.

12 ~ **De electione Credentie.** 119

Credentia Priorum et Consiliariorum dicte Terre
sit, et esse debeat usque ad XXIIII quos ipsi
elegerint, et nominaverint; volumus quod qui
XXIIII et ab inde infra conuenerint ad
consilium Credentie, nunc debeat se secretum
tenere quicquid in Terra fuerit dictum,
et ordinatum, et mittere ambas manus in
bossole quando fuerit partito: Qui quidem
Credentiales eligendi sint, et esse debeant una
cum dictis DD. Prioribus et omnes modo et condi-
tione prefati [illegible], et dd. Prioris
ad poenas quinque soll. contrafacientibus pro
quolibet, et qualibet vice

60v

13. De ordine, et Regula Dominorum Priorum, et mostra facienda.

Item statuimus, et ordinamus quod D(omi)ni
Priores qui pro tempore fuerint semel ad
minus in mense quolibet teneantur in die-
bus et placuerit faciant, vel fieri faciant
per sindicum per eorundem deputandum, et per
notarium et famulum sociis dictae ferre requisitiones
seu monstram per Forestarios, et ipsorum notarios
et familiae. Et qui in Priorum officio in
libro Forestariorum dictae ferre teneantur
assignare facere in scriptis nomina et
Cognomina notariorum, et familiae Forestarii
et dictas requisitiones fecerint si dicant
esse, et non invenerint puniantur ad poenam
pro quolibet de stipendio, et qualibet
vice dicti soll. contravenientibus. Et si dicti
Forestarii inventi fuerint non habere notarium
in dictis libris contravenientes pro qualibet
contrafactura puniantur nisi forte forte
talis

tali iuncturarum fuerit pro servitoribus dicte Ar-
tis ad officium tenendum et si fuerit inventus
fuerit non habere famulos in penam soll.
contrafacientem pro qualibet iunctura-
vice qualibet puniatur.

Item quod d. Priores dicte Artis et Consiliarii ac
et Camerlengus non possit nec presumat
comedere vel bibere cum Potestate nec
eius [illegible] et familia sive expensis eorum. dicti
d. Potestatis ad penam [illegible] soll. pro
quolibet et qualibet vice. — Quod dd. Priores Consiliarii et Cam.rius non possint comedere cum d. Potestate, et eius familia

Item quod Prior dd. Priorum possit congregare
et condonare et ordinare socios suos
in omnibus et singulis que ei pro honore
eorum et bono communi videbitur conve-
nire super quibus possit imponere et
exigere penam duorum solidorum contrafacien-
tium vel minus prout sibi placuerit
vice qualibet que pena convertatur
in [illegible] — Quod Prior priorum possit congregare Collegas

Item quod nullus de dictis dd. Prioribus

responsionem aliquam faciat alicui per-
sone que petierit, et exponeret ali-
quid de dictis Prioribus nisi Prior, vel ille
cui commiserit responsionem et facta
responsione per Priorem vel illum
cui Prior commiserit nullus de ipsis
Prioribus aliquid ultra dicat ad poenam
sacramenti et duorum soll. pro quolibet vice
qualibet que poena exigatur per Priores
et convertatur ut supra. et Prior ad poenam
sacramenti teneatur semper dicere sociis
suis et responsionibus faciendis nolumus
loqui ad insimul de responsionibus
faciendis.

De responsione dd. Priorum

Prior Priorum debeat sociis dicere quod fienda erit.

14 De ambassiatoribus mittendis

Item Stabuimus et ordinamus quod quicumque
fuerit electus vel nominatus Ambassiator
pro dicto Commune teneatur ire ad requisitionem
D. Potestatis seu eius Vicarii quorumque
fuerit designatus ad eundum sub poena et
ad poenam sub quolibet praecepto eidem facto
per D. Potestatem seu eius Vicarium in absen-
tia Potestatis viginti solidorum coronensium
quam si quis contrafecerit ipso facto incur-
rat qui Ambassiator vel plures quando
iverit in servitiis dicti Communis a XIII milia-
ribus semper habeat pro suo salario et
mercede die quolibet XV. solidorum Coronen-
sium a XIII milliaribus vero infra
habeat quolibet die X solidorum coronensium
nisi quando iret equester vel ad Dominum Papam
vel ad aliquem Dominum et Virum notabilem
quod tunc habeat salarium ei solidorum duorum

deputandum, et quod Potestas qui pro tempore
fuerit Rector fuerit non possit nec debeat
aliquem constringere ad eundum in Am-
basciatorem si invitus erit et fuerit
acceptaverit et quod quilibet Amba-
sciator teneatur et debeat sibi facere
scribi per notarium Comunis diem acceptationis et diem
reversionis et quomodocumque iverit in Am-
basciatam debeat et reddere rationem
Potestati et dd. Prioribus dominae Terrae
qui pro tempore fuerint infra octo dies post
eam reversionem. Contrafaciens vero in
centum solidos coronenses vice qualibet
puniatur et responsiones quas reporta-
verint non debeant exponere nisi in
Consilio dominae Terrae vel dictis dd. Pri-
oribus sub poena centum solidorum
pro quolibet contrafaciente et qualibet
vice. Qui Ambasciatores post re-
versionem per dictum Potestatem
dominae

d.te Serenis. debent iudicari et dummodo fa-
mulos qui quibus recipiunt pagam. et
et provisionem aliud quod satis fortis.
quas requisitiones facere debeat d. Ambro
Sanctorum famulos suos quos dimittat d.
Ambasiatori et contrafecerit in quod
eo et alios qui eius [illegible] Scribatur indebitos
reperiri culpabiles puniatur in decem
libris paduanensis

15 Quod quodlibet Dictum mictatur ad partitum separatim.

Item ad hoc ut officium D. Priorum et Consiliariorum regulato modo procedat et in mittendis partitis non habeant materiam delinquendi providerunt et ordinaverunt quod Potestas et D. Priores dicte terre teneantur et debeant quodlibet dictum et consilium cuiuslibet Arrengatoris mittere ad partitum separatim unum ab alio quando dicta essent varia in aliquo vel diversa et illud dictum quod in sua parte fuerit reformatum illud sit auctoritatem et plenum robur obtineat dummodo obtineatur et vincatur per maiorem partem DD. Priorum et Consiliariorum et omnium aliorum personarum et hominum ad dictum consilium vocatorum ibidem existentium et quod quilibet ex dictis Prioribus et consiliariis et hominibus mittant ambas manus in bussolas quando revolgiatur partitum

sub

sub poena xv. denariorum pro quolibet de
facto per Rectores auferend. ~~Item~~
quod Rectores possint imponere poenam si
voluerint quod nullus loquatur in consilio
nisi surgendo in pedibus ad locum Arrenga-
rie ponendo usque ad quantitatem
xii denariorum pro qualibet vice
et quolibet contrafaciente.

64v

16. De modo expendendi Pecuniæ Communis

Item ad hoc ne pecuniæ communis dictæ terræ
pro indebite et malo modo expendantur
statuerunt et ordinaverunt quod quo-
modo sibi contingerit pro aliquem de
pecunia Coitis et habere vel in bonis
Coitis dictæ terræ vel aliquid aliud propter
quod oporteret dictum Coe expendere
vel solvere, à quantitate decem librarum
denariorum provenerint super quod deli-
beratio primis inter Sindicos quod tunc
postea et reformatio fiendi obtineri
debeat per duas partes dictorum Sindicorum et con-
siliariorum dictæ terræ et aliter à dictis
decem libris supra expendi non possint
à dictis vero decem libris infra, et
usque ad dictas decem libras expendantur pro
utilitate dicti Coitis vel alicui liceat
pertinendis dicti Sindici habeant
ple:

plenariam potestatem dummodo inter ipsos
conveniant ad partem et ad minus duas partes
ipsorum et alter non.

17. **Quod super Processibus Pendentibus non fiat preposita si fieret, quod per omnes: consiliarios debeat obtineri.**

Item regulariter volentes officium d(omi)n(orum) Priorum
et consiliariorum dicte terre, providemus et
ordinamus quod dicti Priores, et consiliarii
non audeant nec presumant aliquo quesito
colore proponere, nec proponi facere quod
aliquis processus, vel inquisitio qui fuerit
vel fieri, vel inchoari contingerit in curia
d. Potestatis super aliquo maleficio vel
debito pendente in curia dicti d. Potestatis
vel aliqua condemnatio facta de aliquo
maleficio excessu, vel debito, quod dicti
processus vel inquisitio, seu condemnationes
tollantur suspendantur vel minuantur
in totum vel in parte, ad poenam quinqua-
ginta librarum si contigerit dictam propositam
fieri primitus declaratur inter ipsos Priores
secundum formam statutorum, et reformationum
inde

125

inde faciendarum super predictis obtineri debeat
per omnes de credentia et 2/3 de consilio
et totum quicquid dictum modo fuerit reformatum
debeat per potestatem observari, et si ultra
vel preter dictam formam reformatio fieret
sit nullius efficacie, et notarii et dicti po-
testas, vel sui notarii et officiales dicte
reformationi fiende, ultra vel preter formam
predictam nullam fidem adhibeant de scri-
ptione dicte reformationis, iudicari non
possint qua forma de verbo ad verbum ser-
vari debeat cum effectu quando tractaretur
vel proponeretur de rebandiendo aliquos
exbanditos, vel aliquid de eorum condem-
nationibus remittendo, vel de homicidio
tantum. Si vero tractaretur, vel propo-
neretur de rebandiendo aliquos ex
predictis vel condemnatos de aliis male-
ficiis excessibus, vel delictis, vel aliquid
de eorum condemnationibus remittendo

obtinere uel uincere debeat saltim per
duas partes consiliariorum et credentie
si aliter fieri non ualeat ipso iure

126

18 ## De electione Scindici et Scindicatu Domini Potestatis

Item statuimus et ordinamus quod Priores
dicte terre una cum Consilio et credentia octo
dies ante finem officij Potestarij dicte ter-
re eligant duos sindicos de dicta terra
ad sindicandum Potestatem dicte terre
et eius Notarium et familiam qui iurent in
manibus Cancellarij dicti Communis qui pro
tempore fuerit in presentia dictorum Priorum et
Consilij dicte terre dictum eorum officium
sindicatus bene et legaliter exercere sine
aliqua fraude et faciant per dictam terram
publice preconizari quod quicumque
vult aliquid dicere seu petere dicto Pote-
stati et eius Notario et familiaribus veniret
coram eis dictis sindicis ad petendum et
dicendum quicquid voluerit, et teneantur
dicti sindici videre, et exquirere dili-

67v

126

generaliter et singulis condemnationes et
sententias latas super d. Potestatem super
quibuscumque maleficiis excessibus culpis
et delictis et quibuscumque aliis per eundem
d. Potestatem et eius notarium et familias
in d. officio vel in dicta terra et eius ser-
vitio factis et gestis administratis,
et si videatur eundem d. Potestatem,
vel illius notarium et familias in ipsis
condemnationibus et sententiis in aliquo
deliquisse vel eas iuste non tulisse, vel
ex ipsis aliquas per negligentiam omisisse
et eas non exequisse teneantur et debeant
ipsum Potestatem vel notarium in iudicio
relinquentes punire et condemnare iuxta
formam statutorum et ordinamentorum
d. terrae et ipsa sententia vel condem-
natio iniusta vel omissa ut supra fue-
rit ad alium iudicium per eorum sindicos
revocari teneantur et d. sindici
super

super omnibus et singulis aliis quibuscumque
que dictus Potestas vel eius officiales et familia
gesserit et administraverit de quibus contra ipsum
Potestatem vel eius officiales et familiam
data fuerit petitio aliqua, vel querela
procedere pro ut iuris fuerit terminare
secundum formam statutorum et ordinamentorum
dicte Terre et ipsum Potestatem et ipsius
officiales et familiam in predictis omnibus
dicti sindicatores absolvere vel condemnare
debeant infra quinque dies post finem
officii dicti Potestatis proxime futuros,
et semper dictum officium et sindicatus dicti
sindici exerceant ad bancum iuris et si dicti
sindici negligentes fuerint in premissis
vel aliquo predictorum in quinquaginta
libris cortonensibus puniantur et quod
nullus de dicto castro possit pro dicto Potestate
vel eius officialibus et familia esse procurator vel
advocatus sub dicta poena quinquaginta librarum.

sindicatus dicti Potestatis duret per quinque dies

Quod nullus terrigena possit esse procurator Potestatis in sindicatu ipsius

68v

Quod ultima sentantia
Camerarii Comunis retineat
donec dominus Potestas fuerit
sindicatus

tanti quod ultima sentantia salarii domini Potestatis
retineatur per camerarium Comunis usque quo dictus
Potestas fuerit absolutus vel condemnatus.

Item providimus et ordinamus quod domini
Priores et Consiliarii dicte terre nec debeant
nec presumant aliquo modo vel causa

Quod domini Priores et Consiliarii non se intromittant in dicto sindicatu nec suo nec contra.

aliquo colore quesito se intromittere vel
aliquid facere pro nec contra in sindicatu
domini Potestatis dicte terre vel familiarium
publice vel occulte et si dicti Priores
vel Consiliarii intromitterent se quan-
documque de sindicatu predicto in favorem
Potestatis vel eius notarii et familia
in viginti quinque libras pro quolibet
vice qualibet puniatur et dicti
Priores qui fuerint pro tempore quando
sindicabitur Potestas predictum teneantur
et debeant omnia et singula nota comunis
et consiliariorum et aliorum de credentia sub-
facere quam notarius vel camerarius Comunis in-

Quod ex comunis sindicatorum

car(?)

128

~~cautioris hoc quolibet nomen in ura per~~
~~ouia pro se, et mistanter cito insimul~~
~~et de ipsis premissis ... ad~~
~~seruand. et illi tempore receptis sint sin:~~
dicatores dd. sindicatum, vel eligant alio
loco ipsorum, qui intersint, et teneantur sin:
dicare dd. sindicatores de sindicatu facto
p eosdem, et si inuenerint ipsos delinquen:
tes in ipso sindicatu puniantur, et
condemnentur poenis in statu determinatis,
super quibus procedat summariè et de
facto sine strepitu, et figura iudicij et
dd. sindicatus expediri debeant infra unum
dies finitorum offo alioquin sindici ipsi
remaneant absoluti. Et si dd. priores,
et alij sindici sint permittentes
eligendo in predictis vel aliquo predictorum
fuerint negligentes, et predicta non adim:
pleuerint cum effectu in decemdibus contin:
nentibus pro quolibet vice qualibet puniantur

69v

per berrovardorum, et caballi dictorum
teneantur ~~[illegible]~~ denunciare sub dicta poena
et dicti sindicatores habeant pro eorum
salario de aere communis quinque solidos
pro quolibet et quolibet die

19. **Quomodo conservientur acta communis**

Item ad hoc ut acta communis defraudari vel aboleri
fuorum vel falsificari nequeant, et communis in-
teresse defraudetur, et quod pecunia communis
non expendatur indebite et quod aliqui mas-
sarii ipsius communis non perdantur. Statu-
imus et ordinamus quod omnia acta quecumque
et scripture ponantur et poni debeant in
armario existente in sala palatii dicte
terre vel alio ordinato vel ordinando bene
clauso in quo armario sint tria serra-
mina cum tribus clavibus quarum una
teneatur camerarius communis, alia teneat potestas
dicte terre, tertia vero teneat prior prio-
rum dicte terre et illi libri vel scripture
qui assignantur camerario seu notario communis
custodiantur per dictos camerarium et notarium dicte
terre diligenter, et fideliter in dicto armario

reponantur. Et statuimus quod si et quando
Collegium vel eius pro tempore Rector vellet aliquem
librum, vel scripturas dicti Collegii aliquas
videre, vel de eis aliquid copiare quod
dictum Armarium aperiatur et dicti libri
vel scripture extrahi dicti Collegii et eius
pro tempore ostendantur in presentia dd.
Prioris vel maioris partis ipsorum et tantum
alterius Camerarii dicti donec et quamdiu
de dictis libris et scripturis aliquid copia-
retur, supradicti Camerarii et Notarius
dicti Collegii debeant interesse et ipsi libri
et scripture visis libris et copiatis im-
mediate in dicto Armario reponantur
prout et sicut dictis dd. Prioribus
ut supra.
Item statuimus quod in dicto Armario Collegii
quidquid operis fuerit teneatur et debeat
reponi facere sagittamenta tantum tabulata
et balistas, et alia munimenta dicti Collegii
et

130

et quod quilibet retinens aliquam Scriptu-
ram vel aliquid ex d(ict)is massaritijs de-
beat infra decimam diem post quam
presentis Mandati fuerit vel sibi intimatum
fuerit p(er) Locotenentem d(ict)e Terre et ipsas
Scripturas, et balistas sagittamen bom-
bardas, vel alias res ad ipsum C(astru)m spectan-
tes et pertinentes eidem Locotenenti, et Sindi-
cibus et Cam(era)rio d(ict)i Com(un)is portare, et as-
signare et si quis contra fecerit in pre-
iudicijs in decem soll. Coronenorum pro vice
qualibet [illegible] quia steterit in
mora restituendi et assignandi, et
de d(ict)is rebus et massaritijs predictis
teneantur Locot(enen)s et Sindici predicti fieri
facere duo inventaria quorum unum teneat
Locotenens, et aliud Cam(erari)us d(ict)i Communis

20. De Pena non solventium Datias temporibus retroactis

Item ut pecunia Com(munis) non valeat occupari nec modo in quocumque defraudetur, statuimus, et ordinamus quod omnes, et singuli debentes solvere aliquas datias vel collectas a decem annis citra quod eas in effectu, et quilibet ipsarum solvere teneatur infra spatium unius mensis post quam banditum et preconizatum fuerit sub poena dupli dictarum datiarum et collectarum et si quis non solverit dictas datias impositas et allibratas et in ea possessione de qua non fuerit solutum debitum et ipsa in libris et catastris dicti Com(munis) scripta et accatastata reperiatur. si quis damnum dederit [illegible] vel in herbis ad poenam aliquam minime teneatur donec ipsa datia, et collecta solverit cum effectu.

Quod dd. in possessionibus non accatastatis, vel de quibus d. re ipsarum non solvitur damnum nec teneatur ad penam

131

21 De libro faciendo per Notarium reformationum De inquisitionibus Denuntijs, et accusis

Item ad hoc ut pecunia com(munis) et advenientia non
occupetur nec valeat per offic(iales) d(ict)e terre modo
indebite defraudari et ut Potestas et offic(iales)
d(ict)e terre iudicentur de administratione per
eos. Habuimus et ordinamus quod Potestas
et eius notarius d(ict)e terre teneantur et debe-
ant vinculo iuramenti ad penam decem
libr. contravenientibus quotiens contravenerint
quod quandocumque contigerit recipere aliquam
denuntiam vel accusationem vel formari ali- Quod Potestas teneatur
quas inquisitiones contra quoscumque de qui- mittere ad Cancell. nomina,
buscumque maleficijs vel delictis quod et cognomina Accusantis,
ea die qua accusam vel denuntiam receperit et Accusati
vel inquisitionem formaverit dare et mittere
in scriptis notario reformationum d(ict)e terre Vide in capitulo 8. Domini
nomina et cognomina accusatoris et accusati Potestatis in lib. reformationum
vel inquisiti et excessus contenti in accusa

vel Inquisitione predictorum Coll. Notariorum dicti Coll.
teneatur quolibet die ire vel mittere
ad Curiam D. Potestatis ex exprimendis
scribendis et recipiendis nomina et causas
predictas de quibus faciat unum librum
cuius scripturae plena fides detur quem
librum dictus Notarius teneatur et debeat in
exitu iuramenti assignare Sindicatoribus et
officialibus predictorum Colli si Notarius dicti
Coll. in predictis fuerit negligens in ob-
servatione omnium predictorum puniatur in
poenas decem soll. Cortonensium pro qualibet
vice. qui quidem Sindicatores teneantur
et debeant ad poenas dictas librum in-
spicere, exquirere, et videre dictum librum
et processus et sententias factas super
ipsis et si reperierit dolum fraudem vel
aliquam negligentiam commisisse in puni-
endo procedendo, vel condemnando illos
vel

V.B.

vel illum q[ue]m, vel quos convenerit
deliquisse, vel teneri in aliqua pe-
dicionis ad cavendum etc. Et mihi
Scriptori, et aliis Notariis in libris decum-
pro qualibet causa et qualibet vice
quod in predictis fuerit delictum, vel ex-
cessum.

73v

22 De protestatione facienda per Not.um dicte Terre.

Item ut officiales DD. Priorum d.e terre magis regulariter procedant. Statuimus et ordinamus quod Not.ius et Cancellarius d.e terre teneatur et debeat in omnibus et singulis propositis faciendis ss. Confalonerij et DD. Priores ante dictos, que sibi videbantur fieri expresse et dare in preiudicium Comunis vel contra formam statutorum d.e terre dicere et protestare d.is Confaloneri et Prioribus in consilio, et sedentia viva et alta voce ita quod omnes ipsi sentiant audiant quod ipsa propositam non faciant quia est contra formam statutorum vel preiudicium Comunis quam protestationem d.us Not.ius scribere teneatur ut sibi videbitur quod minime valeat et teneat, et si Not.ius ut dictum est non

133

non observantur fiantur aliqua:
liber in decem solvend convenientium

13. De fontana Castelli. ✠

Item statuimus et ordinamus quod Potestas
dictae Terrae teneatur et debeat fodi cavari
et noviter edificari facere pro Commune
et hominibus dictae Terrae fontanam Castelli
situatam infra portas dictae Terrae de consilio
magistrorum lapidum peritorum in talibus
expertorum ita et taliter quod in casu
exercitus vel assedii de aqua dicti fontis tota
universitas dictae Terrae commode substentetur
talis fontis magnitudinis et profunditatis
ibidem edificari et construi faciat sum-
ptibus et expensis dicti Communis ut dictum
opus suum sortiatur effectum et dictus Potestas
ad Sindicatum suum et dd. Priores et Consilii
eligant unum et constituant ex hominibus
dictae Terrae bonum et sufficientem superstitem
et qui bene diligat et attendat actu-
tiones et edificationes dicti fontis ad statum
et honorem Ecclesiae et dicti Communis et sibi sali-
ano

ano, et ordinent salarium competens et
oes et singulis eorum magistri, quod alij
qui ad actationes d(icti) fontis stabilien-
tenentur et debeant eius superstiti in
omnibus que ad dictum opus spectant
totaliter obedire sub pena superstiti
imponenda usque ad quantitatem decem soll.
pro quolibet qualibet vice. Et contra
oes inobedientes Potestas dicte terre te-
neatur subito facere executionem et
teneatur etiam d(ictus) Potestas facere vel fieri
facere requisitiones de omnibus magistris et
alijs ad dictum opus existentibus totie-
quoties a d(icto) superstite fuerit requi-
situs, et repertos culpabiles et inobedien-
tes puniantur non [illegible] donec dictus fons et
dictum opus fuerit completum, et si dictus Potestas
in predictis vel aliquo predictorum fuerit
negligens in vigintiquinque libras cotu-
nenbiem puniatur de suo salario retinendo.

24 De fortificatione Carbonarie fossor. et Steccatorum f.

Item statuimus et ordinamus quod pro ma-
iori fortificatione dicte terre d. Potestas
teneatur et debeat tempore sui regiminis
semel tantum emundari, et reaptari fa-
cere omnes fossos circuitus dicte terre et
et steccatum, et barbacania ac et muros
terrenos, et alia fortellitia dicti Com-
munis ubi opus fuerit, et necesse
expensis Communis dicte terre ad penam
decem librarum cortonensium de suo salario
retinendarum.

135

25. De Cereis Communis.

Item Statuimus, et Ordinamus quod ad honorem
et reverentiam Omnip.ti Dei, et Beatae Mariae
Virginis et S.ti Nicolai spetialis Protectoris
Terrae, et Gubernatoris Comm.tis et Popul. d.ae
Terrae in festivitatibus, et p.ertim in
festivitate S.ti Nicolai quod est die 6.
mensis xbris Rectores et Priores, et
Consiliarij d.ae Terrae teneantur, et de-
beant eis facere p Camerarium d.i Comm.tis de
pecunia, et aere d.i Communis unum Cereum
pulcrum et bene laboratum valoris et exti-
mationis duorum florenorum ad minus pro hu-
jus Rectoribus, et Priorum, et ipsum Cereum
d. Rectores et Priores, et Camerarius debeant d.ns
in d.a Eccl.ia S.ti Nicolai in d.o festo mis-
sam solemnia celebrantur sonis tubae et
aliarum bisulam in d.a Terra existentium

honorifice precedentibus poterat facere
et in manibus Presbiteris celebrantis in
devotione pacis osculum intervenientes
quod dictus Priorum offerat et aspirent et
similiter faciant in festo Sancte Marie
de mense Augusti ad Ecclesiam Sancte Marie
dicte terre, et similiter modum tenere
et Presbiteri et Clerici dicte Ecclesie ad
devotionem Populi teneantur ipsos
Cereos conducere in dicta Ecclesia dum
divina celebrantur officia et si dicti
Presbiteri et Clerici dictos Cereos vende-
rent et in eorum proprio usu converterent
et aliter degrassaverent pro sequenti
anno dictum Commune ad predictas obligationes
faciendas minime teneantur et quam
primum contingenti Episcopus Navarie
vel eius Vicarius ipsas Ecclesias more
solito visitare teneantur dicti Sotores

et

136

et Baiulis qui pro tempore fuerint tenta-
mare facere de predictis et si dicti Baiuli
predicta non adimpleverint cum effectu ca-
dant in librarum solvendarum pecuniarum
pro similiter dicti Baiulis si negligentes
fuerint et predicta non sollicitaverint
cum effectu in quantitate solvend.
pro quolibet pecuniario vice qualibet.

26. De mensuris faciendis per Comune.

Item statuimus, et ordinamus quod per
d. Potestatem et Iudices d[ict]e terre fiant
et fieri debeant mensure ad mensu-
randum granum vinum et oleum soli-
te et antique capacitatis et passetum
ad mensurandum pannum lane et pan-
num canepis que non possint diminui
vel augeri, et mensura ad mensurandum
granum et alia blada sit de ligno
circulata de super de ferro, et aliter
sigillata ad Cartas Curie et mensura
vero ad mensurandum vinum et oleum
sint, et esse debeant de ramine sigil-
late ad Cartas Curie. Et passetus
ad mensurandum pannum lane sit octo
palmos more solito. Et passetus ad
mensurandum pannum canepacii sit qua-
tuor palmorum more solito, et quolibet
eorum.

1537

eorum teneatur Cam.rius d.i Comunis vel alius
quem d.ni Priores deputaverint tenendi
quidem d.as mensuras ordinatas, et bullatas
Gobernari, vel eius Not.rio si eas voluerint
pro suo off.o exercendo cum d.is mensuris
vel mensura, cum eis teneatur et. ipsas
mensuras vel alteram earum cum prestare
cuilibet petenti sine aliqua pensione
vel mercede.

78v

27. Quod omnes Reformationes factę in Consilio sint firme. R.

Item statuimus, et ordinamus quod omnes reformationes factę in Consilio et Credentia dictę terrę dummodo fiant modo, et forma debitis, et ordinatis ut superius est expressum firmę sint et valide et Potestas, et eius officiales teneantur et debeat ea exequi mandare sub poena quinquaginta librarum de suo salario retinendarum in fine debiti terminare non obstante quod in ipsis reformationibus vel earum aliqua appareret aliquid defectu ordinis seu solemnitatum vel substantię ac statuarum suspensione abitiius unicuique

138.

28. De venditione Gabellarū, et aliarum rerum cōis, et quod nulla fraus fiat in eis.

Ad hoc ut fraus aliqua committi non possit
in venditionibus Gabellarum et aliarum rerum
comunis. Statuimus et ordinamus quod
DD. Priores, et Consiliarii dicte terre qui
nunc sunt et erunt pro tempore non possint
nec debeant vendere aliquas Gabellas
nisi modo et ordine infrascripto videlicet.
Quod quando debet vendi aliqua Gabella
vel introitus comunis vel de possessionibus et
rebus ipsius comunis sive locari quibuscumque
quod tunc fiat propositio quod potius refor-
mationem dicti comunis in consilio DD. Priorum
et Credentie, et si obtineatur in credentia
de venditione et locatione gabellarum pos-
sessionum et aliarum rerum dicti comunis et pro dicta
venditione fienda tunc fiat sindicus in

79v

dicti Consilii ad vendendum vel locandum
dictos gabellos possessiones et bona et prout
tantum essent in dicto Consilio, et pro tantam
dictas terras pro forma praedicti dicti termi-
ni subhastibus et in quolibet tand
mento debet terminus nominandi
quantitates quae inveniuntur de dictis rebus
vel aliqua ipsarum, et postea fiat in eis
Consiliis in quo praedicto Sindicus ven-
dat, et concedatur plus offerenti
et viam facias sufficientes. Et dicti
~~Rector~~ et Sindici qui nunc sunt, et
vel pro tempore erunt teneantur et
debeant secundum formam praedictam dictas
venditiones, et locationes facere et fieri
facere ad poenam decem librarum pro quo-
libet ipsorum et si aliter factum fuerit
locatio vel venditio praedicta forma
ipso jure non valeat, et emptor puniatur
in dicta poena, et tempus immediate

resti

exhibuant d(icti) Communi, et Sindici qui
succedunt in loco praedecessorum suorum teneantur
infringere, et cassare venditiones
et sotiationes praedictas, et Potestas tene-
atur ipsos delinquentes punire et con-
demnare in poena praedicta et diligenter
inquirere de praedictis et si ipse Potestas
fuerit negligens in praedictis in decem
libris eiusdem monetae puniatur et quod
dictae venditiones non possint fieri nisi
fuerit Capitulo dictae terrae nec similiter
non sint contrariis.

29. De muris Ruptis reparandis. ℞.

Item statuimus, et ordinamus quod Pot(esta)s d(ic)te terre teneatur et debeat vinculo iuramenti, et ad penam viginti quinque librarum soluendarum ad omnem requisitionem dd. Priorum et Consilij d(ic)te terre facere reparari et si opus fuerit de nouo murari muros ruptos et deuastatos circum d(ic)te terre ubi fracti et deuastati fuissent, uel si fuissent in actu diruendi uel minandi expensis Communis predicti secundum prouisionem dd. Priorum et Consiliariorum d(ic)te terre, et si ipsi Priores et Consiliarij, uel aliquis ipsorum contrafacientes uel impedientes predicta puniantur quilibet contrafaciens in penam sollidorum soluendorum vice qualibet. Et hoc capitulum tolli suspendi uel mutari non possit per Consilium uel Arrengam

modo

modo aliquo sine causa. Et quicumque
contrafecerit contra predicta puniatur per
Potestatem iure qualibet in poena predicta
et dicimus in hac ista lege sancimus quod
omnes et singuli habentes domus continuantes
muros civitatis dicte Terre sine sollicit.
et [illegible] de die noctuque ad custodiam
dd. murorum ita quod ipsi muri aperti
interiori et exteriori fiantque ut possint
vel [illegible], aut aliquem intrare contra
Commune, et homines dicte Terre. Et si aliqua — Mundè intrans quod
domus aliquis intraverit habeatur pro — pro portas pro rebello
Rebello et Proditore Communis et populi — habeatur &c.
dicte Terre, et quod omnes muri civitatis
dicte Terre reparentur et muniantur ad
[illegible] domorum infra expensis [illegible] domus — Quomodo domus con-
ipsi muri continentes, et Commune teneatur — tigua meniis [illegible]
sibi dare calcem et lapides ubi defice- — reparentur.
rit [illegible] secundum dispositionem Potestatis
et dd. Priorum et non aliis. Attentis vero
[illegible] domorum [illegible], vel ubi domus aliqua

81v

140

continuata non esse ipsi muro [illegible]
dictum fornice, respicere et tangere
ipsum murum eodem [illegible] et
ipsius fornicis

141

130 Q[uod] si aliquis habitator terre Collescipionis uel eius territorij se spoliatum uel derobatum fuisse ab aliquo forense

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis
habitator d[ict]e terre uel eius territorij
offendetur se derobatum seu spoliatum fuisse
ab aliquo forense sine causa occasione De represaliis pro aliquo.
neque aliquo dicto tali forensi concessam
pro debito alicuius habitatoris dicte ter-
re ad aliquid in veritate teneatur quod
d[ictu]s habitator pro eius debito dicto forensi
represalie concesse sint, et tunc teneatur
esse debitor d[ictu]s forensis quod Potestas et
eius Curia summarie et de plano sine stre-
pitu et figura iudicij cogat, et cogere
teneatur d[ict]os debitores ad petitionem d[ict]i ha-
bitatoris spoliati ad satisfaciendum sibi de
illa quantitate pecunie quam d[ict]o modo habito
solvisse illi qui eum spoliavit, et expensis.

82v

31 De actis Comunis Reassignandis. &c.

Item statuimus et ordinamus quod Potestas dictae Terrae et suus Notarius teneantur et debeant dicta acta et alios quoscumque scripturas per ipsum et eos, et eius Notarium scripta in officio facta, et ordinata, vel ad eorum manus quomodolibet pervenienta, reassignare in Consilio dicti Castri octo diebus ante finem sui officii dictis Prioribus et Camerario dicti Communis, et si contrafecerit quolibet die quo steterit in mora in non assignando acta, et scripturas praedictas secundum modum praedictum puniantur ipse Potestas, et suus Notarius in decem libris Cortonensium. Illud idem dicimus de actis et scripturis factis per Camerarium dictae Terrae tempore sui officii Camerariatus, ac etiam dicta acta et alias scripturas ad eius manus pervenientes teneantur in dicto Consilio reassignare quae acta, et scripturas praedictas fuerint permissa. ...

Quod d. Potestas et eius Notarius ante finem sui officii debeat acta et alia consignari

142

reassignare [illegible] in terminata [illegible]

Addimus tamen, et ordinamus quod sequens
Potestas possit et debeat super omnibus et singulis
processibus et actis pendentibus procedere et
pronuntiare et diffinire infra 30. dies
post exitum sui offitii et regiminis
ne currat interim tempus Potestati eas
in civilibus quam in criminalibus habentibus
cum aliquas in curia dicti S. Potestatis
et si dictus S. Potestas negligens fuerit in
procedendo in aliqua quaque libri condemna-
tionum [illegible] quolibet [illegible] post assi-
gnationem dd. librorum et actorum usque ad
ultimum diem offitii dicti Potestatis commi-
serit aliquod maleficium vel excessum
quod dictus S. Potestas et eius curia teneatur di-
ligenter procedere, et inquirere super pre-
missis et ordinare nominatim librum et ipsum
postea assignare in dicto Consilio ultimo diei sui
offitii.

83v

32 **Quod statuta non suspendantur.**

Item statuimus et ordinamus quod nullus
statutus d(ict)e terre possit rumpi vel sus-
pendi nisi prius fuerit obtentum per tres
partes consilij et credentiae d(ict)e terre ad
bussolos et ballottas, et si secus fieret nul-
latenus teneat ipso jure, et quando
imponeretur aliqua dativa prestantia
vel colletta et expensa communis d(ict)e
terre, vincatur per maiorem partem consilij,
et si al(ite)r fieret non valeat ut dictum est,
et non possit proponi quod in syndica-
tu Potestatis infra tempus sui officij quod
aliquod cap(itu)lum statuti suspendatur et
derogetur aliquo modo vel causa in
eo d(ict)i sindicatus, et si Potestas vel con-
siliarij contrafecerint vel attentaverint
in dictis libris condemnentur pro quolibet ipsorum
vice

rite qualibet pridianis et da suspensio
nto valeat ipso iure, et ab off.o sui si
quid contra fecerit sit ipso iure privatus

84v

33. De fideiussoribus vel se obligantibus pro Comuni.

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis temporibus preteritis, vel in futurum obligaverit se nomine dicti Comunis vel proprio, et privato nomine, occasione dicti Comunis in alia quantitate pecunie alicui dande vel solvende, si sibi iniunctum vel impositum fuerit per homines et Universitatem dicte terre Comunis, quod de dicta obligatione seu promissione ut et de dicto facto vel scriptura que inde appareret dictus talis promittens vel se obligans, et sui heredes, et bona per dictum Comune semper conserventur indemnis, et quod dictum Comune teneatur et debeat illud solvere de pecunia et avere de pecunia dicti Comunis dictis ipsius Comunis sumptibus et expensis

144

34 De Conservando Ius Contra forenses &c.

Item statuimus et ordinamus quod statuta pro-
tanto d(ict)e terre non valeant de cetero quod
si aliquis habitator d(ict)e terre habeat ali-
qua iura contra forenses aliquos quod tali
habitator d(ict)e terre et eius territorii — De modo procedendi contra forenses fugitivos
possit et valeat ipsis iuribus uti contra
ipsos forenses et eius vassallos et bona
et locus d(ict)e terre qui pro tempore fuerit
ad poenam viginti quinque librarum contro-
versiis ipsos forenses et eius vassallos
quoscumque contra d(ict)os et stabunt exhibeat ad
petitionem d(ict)i habitatoris d(ict)e terre
vel eius territorii realiter et personaliter
capere et detinere quousque d(ict)i habita-
tori d(ict)e terre vel eius territorii de
quantitate qua petita fuerit integra-
liter satisfactum fuerit pro interesse seu [illegible]

temporis non observatione dummodo ipsa ci-
ta constet per publica scriptura vel per aequi-
valentem vel per idoneos testes et hoc casu sic
productum et tolli vel derogari non potest
dummodo de ipsis fuisset contentum in
eis refutatio non appareat.

35\. De Nullus possit esse pro scambio in offitio

Item statuimus et ordinamus quod si quis
fuerit vel esse debeat in offitio Priorum et
Consiliariorum dicte terre non possit esse
pro scambio alicuius in dicto offitio et quod
Potestas et Cancellarius dicti Communis teneantur
notificare dicto Potestati et Prioribus pre:
dictis capitulum quando tractabitur de electione
predicta et si secus fecerint dicti Priores et
Consiliarii teneantur ad poenam centum soldorum
denariorum pro quolibet et talis electio
non valeat et Potestas eum non debeat
recipere ad offitium ad poenam decem librarum
et etiam non habeat in consilio. Et si
Potestas electionem ipsam fecisset ad dictam poenam
centum soldorum similiter teneatur, et Potestas
teneatur predicta facere observare ad petitionem
cuiuslibet petentis salvo quod si contigerit

quod eneatur ad offm pr. Prioris et Consi-
liarii esset morbus, infirmus, aliter nil
haberet impedimentum quod non posset ad
dictum offitium intendere et quod tunc possit
eligi et debeat alius sufficiens idoneus
sive de domo dicti eneatur si vero in
ead. domo non reperiretur sufficiens ad dictum
offitium tenendum quod tunc eligatur alius
de ead. Parrochia ad dictum offitium tenendum
et si aliter fieret talis electio non valeat
et si dicti Priores et Consiliarii contrafece-
rint in quolibet teneantur ad poenam
viginti quinque solidorum pro quolibet

36. Quod Potestas Teneatur videre Pondera, et mensuras. ℣.

Item statuimus, et ordinamus quod Potestas
d.te terre qui pro tempore fuerit teneatur et de-
beat cognoscere et inquirere de omnibus mensuris
et ponderibus d.te terre ad minus bis in ebdo-
mada qualibet vel plures si ei videbitur
per [illegible] suas domos et tavernas quae men-
suras et pondera teneant et inquirere, et
procedere super premissis et detinentibus
ea contra vel preter formam statutorum et
predicta facere teneatur ad poenam decem
solidorum pro qualibet vice qua erit negligens
in predictis de suo salario retinendorum et
cedatur [illegible] addito quod [illegible]
dicti comunis teneat et habeat unam [illegible]
de ligno de duobus [illegible] signatam ad
quam mensuratores ementes et vendentes ad
mensuram d.te [illegible] vendatur et ematur et
omnia pondera, starea, et mensuras cum quibus

vendatur granum et bladum et alia similia et
certas mensuras cum quibus venditur granum
ordeum et omne aliud genus frumenti vel
leguminis ac sal, vinum, oleum, et omne aliud
quod mensuratur seu ponderatur et
secundum dictas mensuras et pondera qui-
libet habitator dictae terrae et eius ter-
ritorii et omnes vendentes mensurantes et
ponderantes debeant vendere, mensurare
et ponderare ad dictas mensuras, et pondera
quae mensurae et pondera sint sigillatae
sigillo dicti d. Locotenentis, et si quis ad
aliud pondus, seu mensuram venderet vel
ponderaret in incursu solidorum contravenientibus
poena qualibet puniatur.

147

37 Q. Protocolla Notarior. mortuor. vel Infirmor. vel absentiu possint p alium releuari, et publicari cu auctē: Potis –

38 Item statuimus et ordinamus quod Proto: colla notariorum mortuorum Infirmorum vel impeditorum vel absentium cum auctoritate Potestatis possint releuari et publicari p alium notarium publicum et adhibeatur eis fides plena ac si essent publicata et facta p notarium qui ipsa Protocolla scripsit p bonum et idoneum notarium ad petitionem illius ad quem pertinet, et publicatis et actatis habeantur, et valeant, et teneant ita tamen quod propter subscriptionem notarii dicti protocolli nõ vitietur, nec opponi possit contra dictam subscriptionem nõ repertam dummodo fiat comparatio litterarum si dubium esset.

88v

38 De obligatione facta per sindicum Communis executioni mandetur.

Item statuimus et ordinamus quod omnes et singule provisiones et obligationes facte quedam per sindicum Communis dicte terre vel per aliud de dicto loco de mandato vel ad petitionem dicti Communis aliquibus personis mandati de aliquo debito pecunie persolvendo de quo appareret publicum instrumentum de quo non appareret in toto vel in parte esse satisfactum predicte obligationes et provisiones executioni mandentur per dominum Potestatem et Curiam dicte terre ad petitionem petentis et de bonis et aere Communis et Universitatis dicte terre et si dictus Potestas negligens fuerit in predictis in pena quinque librarum coronatorum vice qualibet qua negligens fuerit puniatur.

139 Q si comune vel specialis persona [148]
fuerit ab aliquo Dandificata requi
ratur Dandificans per ambasciatam. Rubrica.

Item statuimus et ordinamus quod Domini dicte
terre teneantur vinculo iuramenti ad peti-
tionem cuiuslibet habitatoris dicte terre occa-
sione sive pretextu Communis Collegii vel si
fuerit damnificatus ab aliquo Communitate vel
universitate seu speciali persona et mobi-
lia bona eius vel stabilia capta fuerint
quod ille talis damnificatus vel univer-
sitas vel speciali persone requiratur per am-
basciatorem Communis seu per litteras ad pe-
titionem petentis quod de damno et iniuria fa-
ciat de iure iustitie emendando et ponatur
predicta in consilio generali et secundum quod
ipsi consilio videbitur ita super predictis
procedatur capitulo aliquo non obstante.

40. De arboribus incidendis. xo

Item statuimus et ordinamus quod quicumque habet arbores infructiferas ra-scine (?) quercus, ulmos et alios arbores infructiferas que damnum inferant vicino suo ipsas a pede incidere teneantur ad petitionem vicini damnificati infra octo dies. Arbores vero fructiferas silicet nuces, ficus, amandole, Prunia, Pira, avellane et aliae arbores fructiferas non ledantur qualitercumque, remaneant. Si vero rami sive pennalia cuiuscumque generis arborum pendentium super possessiones vicini sui incidantur ad petitionem petentis infra octo dies, [illegible] quo ipse vicinus habeat omnes fructus ipsorum arborum silicet ramorum et pendalium et si fructus non habuerit ipse vicinus habeat potestatem dictos pennalios et ramos incidi sine poena aliqua.

Item

Item si quis habuerit sepem ubi ea media — De sepe incidenda
tercium hominis retinere teneatur, et
si hoc non fecerit ipse vicinus possit
facere incidi, si damnum inferatur qualiter-
cumque et predictus solus habeat potestatem
servitutis dicte sepis in aliquo dicto-
rum casu esse volumus penam soldorum decem
contravenientibus in qualibet vice et quali-
bet contrafaciens puniatur, et nihilo-
minus ad incisionem dicte dominum teneatur quicumque
malitiose rem alicui persone privile-
giate alienaverit. Et potestas teneatur
incidi facere arbores ibidem modo predicto
existentes ad penam decem librarum ad peti-
tionem patientis damnum. Dedimus tamen
et hac lege nostra sancimus quod domi-
nus habeat de malis dictis propriis pertinen-
tiis pomis et olivis, nec habeat dominum
per decem pedes prope cinctum illius fossi

41

cinctionem dictae sepis et si arbores quas debet
incidi pro forma huius statuti et cetera. Item
vetamus quod dicta arbor non incidatur,
sed de ea tollantur rami ad petitionem
damnum patientis, et quinque habens ar-
borem in cem sua habet pro forma
dicti statuti damnum inferenti eiusdem
emendet, et si aliquis haberet
dictas arbores et vellet se cingi
in sua semlari dictae sepis quod
possit ad petitionem petentis mittat
familiam suam et faciat incidere dictas
arbores ad poenam soldorum contrafacien-
tibus.

150

41 Quod Potestas dictę Terrę non possit se
absentare a dicta Terra, et eius terri-
torio sine licentia Prioru(m), et Consilij,
et faciant omnes executiones. &c.

Item statuimus et ordinamus quod Potestas
dictę Terrę qui pro tempore fuerit in futuro
non debeat durante suo offitio extra dictam
Terram et eius territorium absentare sine
speciali licentia DD. Priorum et Consilia-
riorum dictę Terrę, et si contigerit quod
dictus Potestas teneret notarium suum vel
aliquem ex familiaribus suis insufficientem
vel minus idoneum quod teneatur eum
removere et alium loco eius subrogare
ad petitionem DD. Priorum dictę Terrę
exposita sibi et allegata insufficien-
tia ad poenam decem librarum Cortonensium
de suo salario retinendarum, et dictus Potestas

Quod Potestas tenens
offitiale non idoneum de-
beat removere ad pe-
titionem DD. Priorum

91v

teneantur exequi et executioni facere omnes condemnationes et stantias impositas vel imponendas in d(ict)a terra et omnia alia ordinamenta facta et fienda p(er) ss. Baiore et consiliarios d(ict)e terre sub poena XXV librarum cortonensium et quod ipsas executiones facere possit realiter et personaliter et p(er) depignorationem et domorum et aliis executionibus p(er) quas melius fieri poterit et si non fecerit executionem predictam quod compellatur in eius salario tanta quantitas qua executa non fuerit. Et quod Baiore teneantur ad poenam centum soll. pro quolibet facere computum et summa d(ict)arum de quibus d(ict)as executiones non fecerit.

De executionibus fiendis p(er) potestatem

42 Quod Notarij dictę terrę legaliter exerceant eorum artem. 151

Ut detur materia Notarijs dictę terrę eorum artem
notarię legaliter, et fideliter exercendę et
singularibus dictę terrę tollatur materia querelandi
et pro honore et utilitate dictę artis statuimus et
lege sancimus quod notarij dictę terrę qui
sunt et pro tempore erunt exercentes, et
debeant eorum artem notarię fideliter et legaliter
exercere et in ipsa arte nullam fraudem
vel falsitatem committere et omnes contra-
ctus de quibus rogati fuerint debeant in
eorum libris et protocollis scribere et an-
notare dummodo fuerint a partibus de eorum
labore soluti et satisfacti et aliter non
sub poena [illegible] solvendum [illegible] pro
quolibet et vice qualibet, sed in eisdem
instrumentis et contractibus per eos conficiendis
vel actis aliquid falsitatis committerent
dolose in eorum libris [illegible]

92v

contra facientes vice qualibet juramento, et
si velit habere maiorem fidem et si quis no-
tarius commiserit in dicta terra vel eius ter-
ritorio vel [illegible] faciendo aliquod contractum
vel instrumentum alicuius mutui vel deposi-
torum aliquorum absentes vel sale mutuum et
depositum [illegible] recipientes con-
fectus et confectis dicti instrumenti [illegible]
[illegible] vel si aliquis vestrum scripse-
rit continentiae testamentum declarare
quod aliqua quantitas pecuniarum vel
possessionum aliave res alicui relinquatur
vel haereditas aliqua devolvatur in
poenam quinquaginta librarum provisinorum
et in mitria de carta [illegible] in
capite suo portanda ab Ecclesia S. Nicolai
usque ad Ecclesiam S.tae Mariae sono tubae pro-
cedente vice qualibet contrafecerit,
et si dictam poenam infra decem dies post sen-
tentiam immediate sequentem non solverit
cum

ad effectum unà ipsis manifestis locum iustitie
attribuetur, et ipsi contractus vel scriptura
vel scripture sint nullius efficacie, vel
valoris: si quis vero Notariorum in dictis
contractibus, vel testamentis vel in aliis
quibuscumque scripturis in scribendo quomo-
documque et qualitercumque erraverit quod li-
ceat sibi suum errorem corrigere omni-
no et quod si in suis libris vel quibus-
cumque aliquam interlineaturam sive cas-
saturam vel additionem aliquid fecerit
pro corrigendo errore quod dicti contractus
et scripture quecumque propter dictas inter-
lineationes cassationes, vel additiones
nullatenus vitientur, sed Notarii pro
ipsorum honore quantumcumque possunt
caveant a predictis

Quod liceat notario er-
rorem corrigere propter
interlineaturam

Quod interlineae in
contractu [illegible] et cor-
rectione non vitiant

94v

95v

43. # Secundus liber. 154

Incipit de malefitijs De accusationibus, et de nuptijs mallorum:

Et delinquentes condignis legibus arceantur hac presenti lege decernimus quod ... et singulis maleficijs et offensionibus tam verbalibus quam personalibus seu regularibus in terra ... commitendis possit quilibet ... usque in tertium gradum inclusive prosequens offensores non contradicentes et expresse accusare et denuntiare quae ... habeat locum tantum in maleficijs quorum poena erit minor ... et de dicta accusa et denuntia possit et ... Potestas procedere ... et culpa- Quod Accusare possunt

bilis debita poena puniri et condemnari
secundum formam statutorum et ordinamentorum
dictae Terrae, et in quibus casibus ad
accusandum et denuntiandum quilibet
admittatur et. Si fuerit persona vel personae
non prosequatur criminaliter exceptis filiis,
et filiabus familias qui sine patris consensu
accusare denuntiare non possint nisi
de propriis maleficiis et offensionibus
quibuscumque in eius persona perpetratis,
vel rebus commissis seu illatis, et in omni-
nibus illis qui prodiderunt aliquem princi-
pij declinatis, vel in pertinentibus declinare
forum secularis et curiae communis dictae Terrae
et eius officialium in criminalibus
causis vel civilibus, quorum accusationes
et denuntiationes vel quamvis aliam pe-
titionem dictus Potestas vel officialis dicti communis
nullatenus recipiat, et admittat, nec super
eo procedat.

Filij et famuli ad accu-
sandum et admittantur nisi
in casibus [illegible]

Palm

Salvo tamen, et excepto eo quod de offensi-
onibus sine sanguine inter consanguineos
et ex parte Patris quam Matris usque in
3.um gradum consanguinitatis inclusive, con-
sanguineus et parentes offensi pro tali
offensa non admittatur, vel non audiatur ac-
cusans, vel denuntians nisi post quatuordi-
es elapsos saltem post illatam offensam
excepto etiam adulterio, stupro, incestu et
aliis carnalibus criminalibus, in quibus et de
quibus vel quorum aliquo excedens accu-
sator non admittatur sed maritus et
consanguineus vel consanguinei usque in
3.um gradum inclusive solummodo admittantur ‖ In Adulteriis admit-tuntur accusare.
et in talibus praeferatur maritus et
secundo Pater, deinde consanguineus pro-
ximior sive gradu propinquior, et ex-
cepto etiam quod in maleficiis commissis
per aliquem ex habitatoribus dictae terrae in aliquem

spectantes et dispositioni dictae sedis, super quibus
et in quibus ipsi accusato alio modo procedi
non possit nisi ex eo facto vel imbaviam
in quibus ipsi accusato et denunciationes
et inquisitione procedi possit non obstante
quod eadem dispositione dictae sedis sententia un-
nima, et qui aliquem accusaverit, et denun-
ciaverit, et eius accusationem vel denunciationem
non probaverit saltem per unum testem
de visu, vel duos de fama puniatur in
dicta summa qua Reus absolvatur sine
alio processu fiendo pro quolibet, et ad
quaslibet vices, et quolibet accusatore vel
denunciatore, et in qualibet accusa, et
denunciatione vel inquisitione possit civili
et criminali puniri et inventari, et super
eis et in eis et quolibet ipsorum possit pro-
cedi nec sententiam alicuius predicti et nec bollae.

156

44. Quod licitum sit Parentibus et Magistris Filios, et Discipulos corrigere

Quoniam qui parcit virgae odit filium, et ut Patres, et Magistri, fratres carnales, patrui, avunculi et mariti valeant filios, discipulos, vel magister discipulos, vel filios, vel nepotes, fratres, nepotes et Uxores corrigere, et verberare.

Hac districta lege sancimus quod liceat Patri, parentibus filios et nepotes, filios et nepotes, magistris discipulis, discipulos, fratri fratres vel sorores carnales et consobrinos habentibus maiorem in eadem familia existentem, patruis, avunculis nepotes vel neptes, marito uxorem, Domino famulos seu famulas verberare et corrigere dummodo dictae correctiones et verberationes cum armis non fiant, nec modum excedant, et si secus fiet, sequantur et puniantur poenis in Statuto contentis. Similiter Domini famulos sine armis verberare

45 De Inquisitionibus.

Quoniam apparuit nobis per experientiam sin-
gula similare intendimus presenti constituto
statuimus quod de omnibus maleficiis crimi-
nalibus, iniuriis, delictis, offensionibus
et quibuscumque excessibus in dicta terra et
eius territorio committendis per quamcumque
re, vel facto committendis, Potestas dicte terre
possit et debeat ex suo officio inquirere et
inquisitiones procedere et etiam fama
non precedente et ea inveniente et punire
secundum formam statutorum et ordinamen-
torum dicte terre, excepto quod de casibus
et in casibus infrascriptis videlicet de adulterio
stupro incestu, et carnali commixtione et
excepto offensis sine sanguine inter consan-
guineos et coniunctos tam ex latere
patris, quam ex latere matris usque in 3°
gradu inclusive inveniendis de quibus
casibus

Quod Potestas possit inquirere ex forma et procedere.

In quibus casibus Potestas non possit inquirere et procedere ex officio.

~~casibus vel absentiam inquisitionis per inquisitionem~~ [illegible]

mem off.o, seu denuntia incausata tamen

procedi non posse nisi in casibus in statuto

comprehensis, et expressis de quibus et ipsum

quolibet etc. per Inquisitionem procedi posse

in causis quantitatis pecuniae [illegible]

imponenda ubi statutum expresse per-

mittit inquirere.

99.v

46 De Denuntijs malitiorum faciendis ~

Teneatur qui eorum Sindicus recipere dictas denuntias malefitiorum factas per Sindicum vel fuit dictae terrae, et super his et qualibet earum procedere et fine sequiscitare et punire culpabiles secundum formam statutorum et ordinamentorum dictae terrae exceptis casibus excepcionati super inquisitionum procedenti capitulo. Item dictus Sindicus, vel fuit teneatur et debeat dictae d. Potestati, et eius curiae infra quinque dies, a die malefitij commissi et denuntiare et referre omnia quatuor et singula malefitia commissa in dicta terra, et eius territorio et districtum cum nominibus committentibus malefitiis et eorum contra quos committerentur, et cum anno mense, et die malefitij commissi et cum alijs solemnitatibus in malefitijs intervenientibus et qui negligens fuerit et

Qualiter Sindicus teneatur denuntiare malefitia

cum ~

158

[illegible] tenentur [illegible] crimina [illegible] 47
seu maleficia denunciare ut dicendo est in
ceteris sollitis coronationibus quilibet pu:
niaore.

47 # De Citationibus, et ordine procedendi in Malleficijs

Item statuimus, et ordinamus quod in causis
criminalibus procedatur per Locumtenentem dictae Terrae
ordine infrascripto videlicet Quod porrecta, et in-
tata, et recepta accusa, vel denuntia, vel
inquisitione formata citetur Reus per publicum
Castellanum dictae Terrae in persona vel cedula
scripta per notarium maleficiorum dicti Domini Locumtenentis
in effectum continentis maleficium de quo ac-
cusatur, denunciatur, vel inquisitur cum
loco et tempore commissi maleficij, ut infra
3.m diem post diem citationis compareat ad
se excusandum ab accusa, denuntia vel
inquisitione facta contra eum et si talis citatio
fiat in persona semel facta citatio sufficiat
et procedatur ad bandimentum contra talem
personaliter citatum. Si vero non fuerit
personaliter citatus citetur iterum vel cedula
da

da ad domum suae solitae habitationis termi-
nis competentibus citatione assignetur di-
ebus certis quibus citati et quilibet eorum
credatur Baiulo dicti communis referenti se
praedicta fecisse, et consignasse fiat saltem
famulo [illegible] vel de quibus habitationibus et per-
sonis [illegible] et quilibet eorum credatur Baiulo
dicti communis ut supra et praedictum locum habeat in
habitationibus dictae terrae et eius territorii
forenses vero non habitantes in dicta terra,
vel eius territorio citentur publice ad tube- Qualiter citentur forenses
sonitum per Praeconem alta voce ad fenestram in maleficiis
Palatij dictae terrae ad certum saltem quinque
dierum et ultra prout visum fuerit Potestati
dictae terrae considerata locorum distantia
in qua citationes et alia exprimantur per
Praetorem maleficiis, et causa pro qua vel
pro qua citentur quibus habitationibus et ipsorum
quolibet factis, et permissis non [illegible] di-
signatum, et elapsis terminis ipsorum et cuiuslibet

-torum procedatur ad bandimenta hoc modo,
v(idelicet). Quod Bo.tos exprimentis personas semel
in Palatio Communis vel ad fenestras dicti
Palatij publice alta voce sono tube premissa
et expressa causa citatorum et criminis
commisse faciat exbandiri et in banno
poni talem citatum in quantitate in qua
condemnandus esset vel veniret et plus
et minus secundum formam et statutorum
in quo bandimento assignetur terminus
saltem trium dierum ad m.ta ipsius et se
defendendum ab accusa, vel

157

105v

Deputatus, ex alys ambaciatoribus

Item statuimus et ordinamus quod [illegible]
[illegible] massarios [illegible]
[illegible] per [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] et quilibet de [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] ad observandum [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

106v

49 De Testibus, et alijs probationibus

Item statuimus et ordinamus quod in omnibus et singulis maleficijs excessibus criminalibus et delictis probationes sit sufficiens, et valida probatio duorum testium ad minus fide dignorum de quorum fide stetur discretioni Potestatis considerata persona statu conditione et qualitate testium et quilibet ad testimonium in criminalibus admittatur exceptis minoribus quatuordecim annis, et alijs, à iure prohibitis, qui in criminalibus ad offensam, vel ad defensam nullatenus admittantur et omnes et singuli testes in quacumque inquisitione denuntia, vel accusa deducti, vel in ipsis [illegible] cum citati fuerint infra citationis terminum compareant coram d. D. Potestate qui eos citari fecit ad iurandum et testimonium per quos fuerint citati perhibendum et omnes citentur. et examinentur per

Minores 14 annos non admittuntur

Potestatem

Item dicti testes et testes non comparentes — *Testis non comparens*
infra dictum terminum possint et debeant in sol. — *quomodo puniatur.*
lib. decem condemnari pro qualibet citatione
et vice qua contumacia steterint, vel infra
citat.is terminum non comparentes et si invenien-
tur veridica relatione talem testem non
comparentem et in sua contumacia aliam
malitiam, vel fraudes committentes talis te-
stis puniatur et condemnetur in tanta pe- — *De teste nolente compa-*
na in qua veniret condemnandus delinquens — *rere cum malitiam*
quem citati super quibus debeant pro testim.o exami- — *quo modo procedendum sit*
nari [illegible] et fiat talis condem-
natio ipsa die et hora qua fieri condem-
natio vel absolutio debebit ex inquisitione
denuntia, vel accusa predicta et in ipsa
sententia absolutoria vel condemnatoria, que
condemnatio, vel absolutio Reus sine aliquo
alio processu vel actu alio faciendo. Et si — *Quomodo testes pro habendo*
Notarii in predictis vel aliquo predictorum negligentes — *veritate puniri de-*
fuerint in libris dictis corrobandis puniantur — *beant ~*

107v

opus praedicatum et quilibet testis in crimi-
nalibus pro veritate habenda potius personaliter
detineri ad instantiam Procuratoris, ut vidi
detentionis effectum testimonii prohibentis
veritati romanae inquisitiones retenta-
que quam ante rei comparationes quod post
exceptis mulieribus quae in Palatio reti-
neri non possunt sed in Ecclesia detineantur
die tamen et non de nocte et retineantur
ad similem poenam sub juramento
comparendi Procuratori, vel aliis quoque in
Curiis et testimonio ferendo.

Detentio mulierum testificaturarum ipsas fiend.

50 De Quaestionibus, et Tormentis 165.

Item statuimus et ordinamus quod nullus torqueri possit aliquo genere torturae per Potestatem vel eius notarios vel familiares ipsius, ocasione alicuius maleficii vel excessus, vel alterius processus aut aliqua alia de causa, quod et quod et in eo casu Sacrilegio Latro Fur Robaria Homicidio Violentia muliebri Incisionis membri mutilatione membri, vel incorporabili infami, et quaestione ... remaneat falsitate probata, aliquarum superiorum et falla monetae in ipsius incisione vel provisione vel ordinatione praeeminentiae vel ... aliquid sine licentia dominorum Potestatis in expeditione dictae serae vel aliarum sorcellariorum ipsius serae in quibus casibus et quolibet eorum Potestati liceat, et possit contra culpabiles ad tormenta procedere, procedendum

tamen

legitimis indiciis et indicia legitima intelli-
gantur nam testis de visu fide dignus
qui solus cum aliquo alio indicio suf-
ficiat ad torturam in d[ict]is casibus et quolibet
d[ict]orum. Item fama publica quinque testium
qui testificantur idonei, et fide digni, et
non malevoli vel inimici qui in d[ict]is de-
beant a Potestate dicti videre et examina-
ri an ad torturam sufficiant, vel non et si
d[ict]o Potestati videbitur sufficiens tunc
liceat possit d[ict]us Potestas contra reum procedere
ad torturam aliter non et si aliter processum
fuerit in libris decem condemnetur pro
quolibet et qualibet vice processus,
et confessio ex tortura contra formam
predictam non valeat, et nullius efficacie
sit vel sortiatur valoris, et possit per boni
contra sindicatorem, per decem testes de publica
fama fide dignos, vel per quinque ...

cui

evidenter appareant in persona compe:
tenti et aliis legitimis probatis seu iudi:
ciis de quibus debetur dispositioni et arbitrio
iudicantium prout ei visum fuerit.

51. Ut infra certum tempus Criminalia Terminentur.

De publicatione processus in criminali

Teneantur Potestates solliciti recipere et examinare
testes tam in accusa, seu denuncia vel In-
quisitione inducti aliasque probationes tam ad
defensam, quam ad offensam recipere, et
examinare, et omnia que expedient in
processu facere, et ipsius processus saltem
per sex dies ante sententiam ferendam aperire
et publicare, et petentibus partibus dare
copiam ipsorum, et dictum processum criminalem
infra quadraginta dies per diffinitivam
sententiam in generali consilio dicte terre
terminare computando in contumacibus
à die porrecte accuse vel denuncie
vel Inquisitionis formate in comparentibus
à die responsionis facte ad poenam decem
librarum denariorum contravenientibus et nihilominus
ad

ad emendam formam per malefitio non
punito non tamen computatis a d(ict)is qua-
draginta diebus illis diebus quibus Potestas
est sana et aliquo apparente vel aliud iuri-
dico vel aliud evidenti impedimento
extitit impeditus, qui dies ipso fuerit
in(n)atus et si corrigenti etiam servato
facto per Potestatem annullari vel
remitti eius processum ad eundem de
novo cognoscendum et terminandum
post, et teneatur dictus Potestas dictum pro-
cessum recipere, et ipsum sententia ter-
minare et eius actis infra quindecim dies
a die remissionis computandos, nec debeat sed
opus aliud facere in tali processu nisi
corrigere quod provenit in ea parte ubi
fuerit vitiatum sive error vel defec-
tus a nimis provenit, et sententia annu-
llatur, et processus non pendente Potestate

Quod Potestas teneatur ad emendationem pro malefitio non punito et poena

Quod Inquisitus pro cri-
mine elapsis 40 diebus
ipso iure sit absolutus

~~debeat terminare infra xxx dies a die com-
perpetrati criminis ipsius incoationis [illegible]
et si [illegible] et eius finitum esset ne-
gligens in procedendo vel ab aliquo procedendi
ad eandem poenam teneatur et inquisi-
tionis vel inquisitorum vel denuntiatum ela-
psis dictis temporibus remaneat absolutus~~

92. De Verbis Iniuriosis, et Delictis Puniendis 168

Quia linguæ peccatur frequentius quam manus ad delinquendum prolabitur, ideo eius refrenatio et correctio aliis criminibus ante ponitur. Statuimus prohibentes ne quis alicui verba iniuriosa vel contumeliosa dicat, et qui contrafecerit in viginti solidis coronensium vice qualibet puniatur, et verba iniuriosa dicta poena punienda non certe: atur iniuriosa vel contumeliosa arbitrio domini potestatis et arbitrio. Poterit sane si aliquis alicui dixerit cornuto vel fallitus vel proditore, vel homicida, vel aliud verbum simile proditoris vel alium proditorem verbum qualibet vice in quadraginta solidis coronensium de cuius similitudine arbitrio Potestatis puniatur pro quolibet dd. verbo. Si vero aliquis alicui vivo dixe:

tio ego te feci criminalem vel habito te feci-
criminalem certam nominando personam
vel aliis equipollentibus vel simili verbum
de iniuria similitudine procedit de inquisitioni
potestatibus vel eius actibus. Et supradicti pu-
niantur pro quolibet dictorum verborum vice qua-
libet in decem libris bononinorum. Et si
autem non nominate bene factis puniatur
in soldis centum. Si vero aliquis improperaverit
homicidium commissum in personam patris
vel consanguinei eius cui improperaverit
usque in secundum gradum inclusive et
de tali homicidio pax facta fuerit in libris
viginti quinque bononinorum puniatur. Et
si inde pax facta non fuerit in libris
decem bononinorum puniatur vice qua-
libet, et quod homicidium improperatum
fuerit commissum sufficiat si probatum
pacem inde factam fuisse vel per condem-
nationem de tali homicidio factam
vel

[illegible] fiat, vel aliter factis probationibus.

Item si quis absque interpretatione homici-
dii de quo homicidio fuit absolutus ille
cui interpretatum in libris dicti vice
qualibet puniatur et eo modo puniatur
si ab interpretatio falsa fuerit facta
ipso absoluto de tali homicidio.

Item si quis dixerit alicui tu mentiris
[illegible] vel similia verba
de cuius similitudine dixerit sole-
[illegible] in quadraginta solidis [illegible]
[illegible] vice qualibet puniatur.

53. De Pena Insultantium cum armis, vel sine Armis.

Item statuimus, et ordinamus, quod quicumque aliquem insultauerit pro solo insultu sine armis vice qualibet in quadraginta sold. cortonensium puniatur, et si cum armis vel aliquo genere armorum in quatuor libris cortonensium puniatur vice qualibet. Et si vero quis insultauerit sine armis et percusserit puniatur pro insultu tribus libris denariorum cortonensium vice qualibet. Et si cum armis et percusserit puniatur pro insultu centum solidorum cortonensium quolibet vice, et nihilominus de percussione puniatur poenis in statuto contentis, Et si quis aliquem insultauerit si sine armis sine percussione intra domum habitationis vel Apothecam insultanti in centum soll. pro tali insultu puniatur. Et si insultauerit, et percusserit in libris decem

cor-

cortonensium puniatur pro quolibet insultu. Et si aucto cum armis ante domus vel Sportecas insultari insultaverit quempiam et non percusserit in quindecim libris cortonensium puniatur pro d.o insultu. Et si cum armis assalierit et percusserit in viginti quinque libris denariorum cortonensium puniatur et et. de percussione puniatur, et poenis in statuto contentis insultus, vel assalimentum intelligatur quando quis movendo se de loco ad locum impetuose, et irato animo iverit contra aliquem.

Item si quis furiose intraverit, et assalierit aliquem in domo vel Sportea insultavi si sine armis et non percusserit in viginti quinque libris cortonensium pro introitu, et insultu pred.is et si percusserit puniat. pro insultu, et introitu in viginti libris cortonensibus puniatur.

Si vero cum armis intraverit, vel assalierit, et non percusserit in viginti libris denariorum cortonensium puniatur, et si per-

113v

currens in quadraginta libris denariorum cortonensium puniatur. Et nihilominus in omnibus et singulis casibus praedictis puniatur de percussione facta cum armis vel sine armis poena et poenis in statuto contentis. Item si quis in domo alicuius iniuriose et contra expressam prohibitionem domini sine armis intraverit puniatur pro solo introitu in libris quindecim. Et si cum armis intraverit casu praedicto in libris viginti condemnetur. Domus autem alicuius in omnibus et singulis casibus supradictis esse intelligatur sive sit propria sive conducta pensione et sibi concessa aut quovis alia causa habita pro inhabitando aut illud contra eius voluntatem et prohibitionem fecit introitum. Et intelligantur praedicta fieri commissa in domo etiam si commissa fuerint in curte vel in claustro vel in horto vel aliis locis domui vel tenementis pertinentibus contiguis de

Domus intelligitur propria sive conducta, et similibus hominibus

de iure veniendo et pervenientia dicitur:
desuper sermoni iudicio D. [illegible] Corsbarij sal-
vo quoque si d.a loca essent communia quod
tunc non augeatur poena ultra loci
et ad claritudinem quod d.us deserviat ego
si unus vel magis simul in eod. loco ex-
tentes assalivent pro uno puniatur in-
sultu et si plures unum assalivent
quilibet pro uno insultu teneatur
et puniatur. Et si plures simul insul-
tavent plures simul existentes eodem
tempore, et loco tot committunt insultus
quot sunt insultantes, et quilibet
pro uno puniatur insultu

Quod assalientes plures
pro uno tot intelligantur

54. De Percussionibus, et offensionibus sine armis, et pœnis eorum.

Ad omnem superbiam comprimendam et quilibet manus innocuas mansuete contineat.
Hoc statuto decernimus quod nullus cum armis vel sine armis alicui inferat iniuriam vel offensam, et si quis sine armis contra aliquem manum vel calcem irato animo elevaverit vel extenderit, vel addminaverit puniatur in viginti solidis cortonensibus, si manum iratam in aliam iniecerit et tetigerit vel percusserit si in gula et a gula supra sine sanguine in centum solidis cortonensibus et si cum sanguine in decem libris cortonensibus puniatur. Et si a gula infra in quocumque alia parte corporis sine sanguine in quadraginta solidis, et cum sanguine in centum soll. cortonensibus puniatur

Et

Item si fecerit aliquem cadere in terram in dicta
poena teneatur solvere puniatur pro sola capta
Item si aliquem quem cadere fecerit ceperit per
capillos vel per pedes manus vel pannos aut
alio modo et traxerit eum puniatur
in aliis tenetur solvere. Item si quis dat strasci-
natur vel captura sanguis fuerit in ali-
qua parte corporis talis strascinatus
vel eius qui fuerit factus cadere aut alia
offensio seu lesio in eius persona inter-
venerit et qui cadere fecerit et strascina-
verit de tali offensione et lesione poenis
in statuto contentae si percutiendo vel
aliter committendo talis sanguinis effusio
seu offensio vel lesio facta fuisset sine
armis. Item si quis aliquem momorderit
in aliqua parte corporis si sine sanguine
puniatur ac si cum armis percussisset et
vulnerasset cum sanguinis effusione habita
consideratione membri corporis fuerit ...

115v

morsus: Et si de d(ic)to morsu sanguis
non exiverit puniatur in medietate d(ict)e pecu-
niaria remisisset. Item si quis aliquid eve-
xerit contra parietes vel personam eorum traxerit
violenter vel proiecerit ita quod noceret
ipsis de loco ubi erat puniatur in quadra-
ginta solidis contrafacientibus salvis aliis
penis super de iniectione manuum et aliis
expositis. Et si quis alicui delaniaverit
pannos quos habuerit in dorso puniatur
in quibus libris contrafaciens. Et si quis
studiose et malo modo evellerit capil-
los vel capellum vel capellinam aut aliud
tegimentum de capite aut eadem fecerit
puniatur in viginti solidis contrafaciens.
Item si quis alicui studiose spuaverit
in faciem alterius malo modo in centum
solidis contrafaciens vice qualibet contra-
venerit puniatur. Et si in alia parte
corporis in viginti solidis contrafaciens puniatur.

Et

73

Et si duas, seu plures fecerit de dictis sex vel
similibus, et eodem [illegible] et [illegible] cum aliquem
puniatur de maiori integra poena [illegible]
[illegible]. De aliis vero vel aliis singulis et qua-
libet eandem poena media puniatur. Et si
fecerint de quibus duo ex eis vel plures de
una poena integra puniantur, et de aliis
in media poena pro qualibet [illegible]
puniatur.

55. De Percussionibus, et offensionibus cum armis.

Quicumque cont. aliquem aliquod genus armorum extraxerit vel adminaverit in decem solid. corronensium vice qualibet puniatur. Et si vero aliquem cum aliquo genere armorum percusserit si in capite cum sanguine in quindecim libris corronensium puniatur. Et si vulnus fuerit enorme sive atrox quod sic censeatur si os fuerit fractum vel incisum puniatur in vigintiquinque libris corronensium. Capite autem intelligatur quo ad praedicta gula supra excepta à facie de qua expresse infra tractabitur. Et si percusserit in facie cum sanguine in viginti libris corronensium puniatur. et si ex percussione et vulnere in facie illato cum aliquo genere armorum et sanguinis exitu remanserit signum evidens seu

seu cicatrix vel signum manifestum puniatur
percussor in libris quinquaginta solven:
dis faciei intelligantur a mento supra ad
frontem, et ab una auricula usque ad aliam
inclusive. Si vero in gula cum sanguine
quis cum armis percusserit aliquem punia:
tur in libris quindecim solvendis.
Si vero a gula infra quis aliquem cum armis
percusserit cum sanguine in aliqua parte
corporis puniatur in libris decem dena:
riorum. Salvo quod ex tali percussione
atrox fuerit plaga atrox intelligatur
id quod sine sutura curari non possit
et puniatur in libris quindecim solven-
dis. Si vero percussionem fecerit cum
armis et sine sanguine fiat alicui
in persona vel in partibus corporis aut
sub genis est distantia vel in tabula vi-
sui sicuti quod talis habeat in brachio pu:
niatur percussor in media poena s. contenta

117v

de percussionibus cum armis et cum sanguine
sive qualibet dictarum supra distinctarum, et
considerata parte corporis in qua percus-
serit. Et si quis eodem tractu et contextu sine
intervallo plures percussiones fecerit in
persona alicuius si cum sanguine vel sine
eo simili modo de maiori vel pari
integre poene, et de aliis in media poena
sicut ut supra in percussionibus sine san-
guine est distinctum in priori capitulo
precedenti armorum autem nomine in casibus

Declaratio Armorum

supra scriptis intelligantur arma de ferro
et lapis, et lignum et quelibet res apta
ad nocendum. Si quis autem contra aliquem
proiecerit lutum et aliam rem inhonestam
vel putridam vel cum ea percusserit in facie
puniatur in libris decem cortonensium.
Et si in alia parte corporis vel indumen-
torum in quinque libris denariorum cortonensium
puniatur. Si vero proiecerit rem talem
vel

vel lapidem aut aliquid eo non debito 56.
et puniatur in solidis quadraginta coro-
nentium, et qui vero proiecerit lapidem
in domo ducentis [illegible] de quo iudi-
cio [illegible] puniatur in quadraginta solidis
coronentium

56. Quod cuilibet liceat defensionem, ex quibus causis Percutere, et Repercutere.

Quilibet Iniuriatus, Percussus, aut quomodo[libet] offensus possit incontinenti, et sine inter-vallo non diuturno ad eius tutelam reper-cutere et reoffendere eius percussorem, vel offensorem, cum moderamine tamen in-culpatae tutelae, et non maiori, vel atro-ciori percussione, vel offensa quam iis sibi facta fuerit, seu pari, vel minori, et quilibet possit impune moderate obsistere cuilibet volenti eum offendere et etiam se defendere, et percutere dummodo volens offendere pervenerit ad actum percussionis inferendae, et dummodo incontinenti, et cum moderamine [illegible], et si quis in aliquo [illegible] eo tunc modo percussionis

et

et repercussionis aut offensionis excessus
puniatur de excessu et excessu percus-
sionis et repercussionis vel offensionis arbi-
trio Potestatis dummodo poena non possit maior
sed minor imponi quam simplex et non ad
offensas percussiter vel offenditer vel re-
percussiter et de excessu secundum qualitatem
et arbitrio dicti D. Potestatis considerato in
predictis ordine et qualitate personarum
percussionis et offensionis.

119v

57. De membrorum abscisione vel mutilatione

Si quis alicui aliquod membrum corporis absci-
derit, vel mutilaverit puniatur in poenis
infrascriptis declaratis videlicet pro naso am-
[illegible] vel oculo in centum libris
eorundem puniatur, et si duos eiusdem personae
in ducentis libris denariorum puniatur
et nihilominus teneatur pro ambobus oculis quem-
cumque excaecaverit alimenta certa praestare
toto tempore vitae caeci pro naso vero bra-
chio, pede, vel manu, ipsis ita quod
à corpore separatur vel mutilatur in du-
centis libris denariorum pro quolibet
dd. membrorum puniatur. Pro auricula
digito manus, vel pedis in quadraginta
librarum denariorum pro quolibet, et
quolibet puniatur. et quod dictus condemnatus
vel alteram [illegible] distringatur
infra decem dies à die latae sententiae

tiae

non solum sanitati communis in membris
similib. iuvatur.

58 De Homicidio

Contra humanum homicidium facimus, secundum omnia adversus ac lege statuimus ut si quis aliquem occiderit, vel occidi fecerit amputatione sui capitis. Ita quod deinde moriatur, et caput a spatulis separetur et debeat condemnari. Et si plures simul intervenerint in homicidio committendo, unus tantum qui principalior fuerit, de poena capitis pro homicidio puniatur. Et si de principaliori non appareret clare, et aperte puniatur principalior ille qui verisimilibus principalior videbitur coniecturis et aliis causis quibus principalior fuit censendus, ceteri vero condemnentur pro auxilio et favore ut infra in statutis de poenis dantis auxilium et favorem in maleficiis continetur. Qui vero percusserit, vel mandaverit homicidium committere sine

sine exceptione aliqua d.a poena capitis puniatur.
sed si q(ui)s totam d.am terram derugari [illegible]
ad eandem Asini devastatores et assassinos
et qui contumaces fuerint et perpetuo sic exban-
diti de d.a terra et eius territorio. et ipse
bona sua applicentur Communi d.e terre
et sic Communis eam Communi depositario et
d. Commun vendantur et ipsa [illegible] et ead.
poena capitis sine redemptione. et sint omnino
publicati et puniantur. Item quicumque occiderit
aliquem ex habitatoribus d.e terre et eius
territorij, habere non occidens filium
vel filius patrem, vel matrem seu avum
paternum vel fratrem carnalem, vel maritus
uxorem vel uxor maritum seu sive vassallus
vel famulus dominum d.a poena capitis puniatur.
Item ipso [illegible] d.a terra ad [illegible] Asini
[illegible] et eius [illegible]
d.a terra aliqualiter sepellire [illegible]
et bona sua publicentur ut s.a

59. De Adulterijs et Violen-
tijs Mulierum

Item statuimus et ordinamus quod quicumque
vim intulerit alicui mulieri nuptae bonae fa-
mae et eam carnaliter cognoverit violenter
in CCCC libris denariorum cortonensium vice
qualibet condemnetur et si viduas bonae
famae in CCC libris cortonensium condemnetur
communi, et de viduis condemnetur in decem
libris, et si mulieri virgini vim et gravami-
tibus intulerit et eam carnaliter cognoverit
in CC libris denariorum cortonensium vice
qualibet condemnetur et teneatur eam
dotare secundum facultatem et qualitatem
patrimonij, salvo quod si ipsa de com-
muni concordia et voluntate parentum
coegerit in uxorem non teneatur ad poenam
aliquam nec possit ipsa dicta violentia in aliquo
con-

179

condemnetur et hoc locum habeat in Vidua. Et
qui violentiam alicui mulieri bone fame inhu-
lerit, vel eius domum intraverit aut eam ceperit
per personam vel ad aliquem evidentem actum
pervenerit causa ipsam violandi et carnaliter
cognoscendi eam. Si non cognoverit eam, sed
conatum non perfecerit in penam librarum cen-
tenarium puniatur.

60. Quod uxor non recedat de domo viri, et de poena receptantibus eam

Volumus uxores remanere et honeste stare, morari et habitare cum maritis eorum et non recedere vel absentare ab eis, vel de domo habitationis ipsorum et nullus talem uxorem retineat vel receptet contra voluntatem mariti sui. Et uxor contrafaciens in poena soldorum centum quinque pro qualibet vice puniatur. Et receptans sive retinens eam contra voluntatem mariti sui in decem libris pro qualibet vice puniatur, nisi esset pater, vel mater eius vel patruus vel frater aut filius, vel filia vel nepos talis uxoris quorum quilibet ex iustis causis possint receptare et recipere aliquibus diebus et noctibus, et ultra, ut videbitur dictis et discretis videbitur convenienti sine aliqua poena contra eos et receptationibus eos

180

et personis consideratis, et eiusdem aucthoritate requi-
siti a marito debeant, quod recepta, et ma-
rito remittere et non retinere contra mariti
voluntatem receptis tamen a marito idoneas
cautiones de non offendendo eandem mulier
de ipso marito mulier dubitaret, et
spiritualiter Si Potestati videbitur convenien-
te et si ultra quod Potestati videbitur, qui
retinuerit puniatur pro quolibet, et qua-
libet vice in decem libris cortonensibus. Et
nihilominus uxorem remittat marito sane si qui
in obsequium vel iniuriam mariti receptave-
rit vel retinuerit uxorem alterius causa
eam cognoscendi carnaliter ultra dictam
poenam receptantes et poena adulterii se-
cundum formam Statutorum debeat condem-
nari. Et mariti quoque non eorum Uxoribus
sponse bene tractentur, et amant easque bene, et
caritative tractentur non habeant materiam
discedendi ab eis. Et qui habeat Uxorem non

retineat concubinam vel amasiam in domo
habitationis suae cum sua familia in qua
cum sua uxore caste et honeste vivere
debeat, et moratur et contrafaciens in viginti
quinque librarum coronatorum puniatur
in quolibet praedictorum vice qualibet et accep-
to quod uxor de voluntate patris seu con-
sanguineorum suorum quod stante non habeat
vel ex alia causa legitima non moraretur
cum viro, seu marito quod tunc dictus maritus
non teneatur ad poenam sed debeat eam admit-
tere ipsa vero concubina cum viro morata
steterit in dicta poena viginti quinque librarum
coronatorum puniatur. Si vero extra domum
maritus retinuerit concubinam vel amasiam
et probetur per quinque testes de fama conti-
nuos quod sibi praestet alimenta et alia
necessaria in decem libris coronatorum puniatur

61. De Furtis, et Robarys

Latrones et fures, tam diurnos, quam nocturnos
poenis prosequamur in alijs videlicet. Quod qui-
cunque furtum commiserit de valore decem soll.
coronenorum vel minus in quadraginta soll.
coronenorum puniatur. Si a decem sol. coronenorum
supra usque ad viginti solidos in quinquaginta solid.
coronenorum puniatur. Si vero commiserit
furtum ultra viginti soll. usque in decem
libras estimationis et valoris condemnetur
in vigintiquinque libras denariorum
coronenorum. Et si fuerit factum furtum
estimationis a decem libris supra usque in
quinquaginta libris puniatur in centum
libris denariorum coronenorum. Si vero fuerit
à quinquaginta libris supra cuiuscunque
quantitatis, vel estimationis condemnetur
et puniatur poena dupli estimationis.

rei furate et in omnibus casibus supradictis pu-
niatur per ipsum furtum committentem ab
omni dicto testimonio et a testimonio
ferendo et nihilominus condemnetur talis
furtum committens illi cui furtum fecerit
ad restitutionem rei furate vel eius extri-
mationis salvis statutis et ordinamentis
tractantibus de poenis damnorum datorum
qui in suis rebus casibus et causis ven-
dicent sibi locum sane, si quis vero frege-
rit murum aut hostium tectum vel domum
vel stabulum vel parietem alicuius causa
furandi et si furtum non fecerit in quinqua-
ginta libris tertiolorum puniatur. Si
vero furtum perfecerit puniatur de dicta
fractura ut dictum est, et nihilominus de furto
facto secundum valorem et extimationem
rei et distinctionem supra factam, et una
pena alia non tollatur sed pena utraque

poene

poenis puniatur. Si quis vero exportaverit
vel asportaverit per se vel per alium aliquam
tabulam, seu lignum, vel palum de aliqua
berteca, vel stecato comunis sine licentia
d. Potestatis, et dicti Communis Terrae
in centum solid. condemnetur vice quali-
bet puniatur, et in restitutione et repara-
tione rei, et operis destructi. Gallinarum
et columborum, et similium puniatur arbitrio
d. Potestatis consideratis qualitate, et
quantitate talis furti non possit tamen
excedere poenam dicti furti quantitatem
centum solidorum nec minorem viginti solid.
imponere, et eo condemnet tali furum
ad restitutionem tali furti dupli commissi.
Si vero diversis temporibus plura quis
furta commiserit puniatur in amputatione
manus quam possit redimere solvendo
Communi dictae Terrae poenas suprascriptas, sine

De poena asportantium tabulas, seu lignum Communis.

De poena furantium gallinas, et columbos.

De furis et latronib[us] stradarum

infrascriptos distribuendae infra decem dies
à die datae praesentis. Fures vero et latro-
nes famosi, et publici stradarum fu-
rca laqueo suspendantur, ita quod
penitus moriantur, et in duplum
rem furtivam seu furtivè ablatam
condemnentur.

183

62. De Privatis Carceribus

Si quis sine iusta causa violenter ceperit,
vel detinuerit contra eius voluntatem
in quo loco aliquem aut aliquam per
alium captum scienter receperit, vel
receptaverit in domo, vel tenuerit ali-
cuius temporis spatio puniatur in li-
bris viginti quinque cortonensium. Si vero
per unam diem detinuerit in viginti
libris cortonensium puniatur. Si vero per
duos dies in quinquaginta libris, si ultra
duos dies detinuerit in CC libris corto- De detinentibus Puer vel
nensium puniatur, et eadem poena pu- puella in privatis Carceribus
niatur qui aliquem puerum, vel puel-
lam, vel aliquem cuiuscumque aetatis cepe-
rit, et per aliquod temporis spatium detinue-
rit causa faciendi ipsum ipsius redemi

in ccc. libris Constitutionum et ad tertium vel
illius quod de tali capitulo recipiunt, et hoc
non intelligatur in eo qui coercet vel
retinuerit mulierem causa eam carna-
liter cognoscendi cuius poena supra
posita est in cap.lo de adulterijs. Et
predicta non vendicet sibi locum in fami-
liaribus et domesticis suis, nec in illis
qui commode detineri possint de licen-
tia Potestatis per consanguineos suos

164

63 De falsis et falsariorum Poenis

Ad falsariorum nefandam perfidiam et reprimendam ac lege falsariorum puniendum sancimus quod si quis in forma publica falsum instrumentum fecerit vel fieri fecerit vel instrumentum publicum seu instrumenti formam aut in actis publicis aliquam fecerit vel fieri fecerit vel commiserit falsitatem amputetur sibi dextera manus. Ita quod a brachio separetur nisi infra quindecim dies a die sententie computandos CC libras cortonenses solverit Comuni dicte terre, et instrumentum nullius sit efficacie et qui illud fecerit de cetero non possit exercere officium seu officium notariatus et qui tale instrumentum in iudicio induxerit vel usus fuerit in centum libris cortonensibus puniatur

Post commissam falsitatem notarius non possit exercere notariatus officium ~

De producentibus falsum instrumentum

pro quolibet, et qualibet vice. Siquis
vero fecerit, vel fieri fecerit falsas scripturas

De scripturis privatis et falsis

privatas in sex centum aureis et notarius
potest in viginti librarum condemnationis
puniatur. Testis vero falsus, vel qui

De inducentibus falsos testes

eum induxerit in quinquaginta libris
condemnationis puniatur, quos si a die
~~sententie~~ late non infra decem dies non
solverit amputetur sibi lingua ita
quod pars anterior linguae ab alia
separetur. Et qui scienter falsos in-
duxerit testes d(ic)ta poena pro quolibet

De accusantibus aliquem de falsitate

puniatur. Et qui vero fecerit, et por-
taverit scienter de aliquo accusam
vel denuntiam de falsitate vel per-
ditione eas accusas et denuntiam
non probaverit in eadem poena qua
veniret condemnandus, fuisset
et si probetur ex eadem substantia

et

ex processu et in eadem sententia absolutoria
de reo facienda debeat condemnari. Item De eo qui in iudicio falsum faciens iuramentum
in cuius contemptu delinquerunt, et perse-
verant in contumacia non solvendo con-

demnatione eorum hoc statuto providemus quod offendens aliquem exbanditum vel condemnatum in persona, vel membro alterius quinquaginta sit penitus immunis ab omni poena dum tamen non occidat eum. Et si occiderit in centum libris cortonensium dumtaxat condemnatur, et qui offenderit exbanditum et condemnatum in quinquaginta libris et ab inde infra, et a decem libris supra in sanguine nulla poena puniatur dummodo tamen non occidat vel mutilet membrum quod si talem exbanditum et condemnatum occiderit vel membrum talis mutilaverit pro homicidio in C. C. libris cortonensium et pro mutilatione membri in media poena statuti debeat condemnari: Denique inhibemus Potestati et eius curie, tam in civilibus quam in criminalibus causis, et libellis reddere ius vel

Audi:

Quomodo exbanditi et condemnati possint offendi.

Jinz

Audientiam dare talibus exbanditis et
condemnatis pro maleficio, vel alicui ipso-
rum; nec eos possit ex officio vel alio modo
inquirere vel procedere contra offendentes
eos vel aliquem ipsorum nisi de occisione
vel membri mutilatione, ut supra ex-
pressum est. Et nullus exbanditus et con-
demnatus pro maleficiis possit de cetero
rebandiri, vel eius condemnatio cas-
sari, tolli, vel extingui, aut quoquo
modo liberari nisi per solutionem aut exe-
cutionem condemnationis sue, et non possit
proponi contrarium aut dici consilio, vel
arengari in aliquo consilio, et pro-
ponens vel arengans seu consulens
in quinquaginta libris condemnetur pro
facto, et Potestas condemnet eum et pro-
ponentem et dictum consultorem, et quicquid in
contrarium ageretur ipso iure sit nullum

Quod Potestas non possit
procedere contra offendentes
exbanditos nisi de ho-
micidio et mutilatione

Quod condemnatus et
exbanditus non possit
rebandiri, et eius
condemnatio cassari
nisi solutione vel executione.

165v

Quod exbanditi vel condemnati volentes pro sua defensione comparere possint impune facere

et nullius efficaciae vel valoris, et totaliter
in dictas poenas incidat, et dictas poenas non
exigentes a contra faciente, vel si ipse
praepositus faceret vel fieri permitteret
vel consentiret, et post istius reformationis
talem praepositionis [illegible] in poenam
soll. contravenientis puniantur. Salvo quod
si contigerit contra aliquos exemptos ex-
banditos condemnatos procedi per Po-
testatem dictae terrae de aliquo maleficio
vel excessu, et tales exbanditi et
condemnati contra quos procederetur
contra eum posset comparere ad se
excusandum vel defendendum de male-
ficiis de quibus procederetur contra eum
possit in dicto casu impune et secure
venire et comparere coram dicto Domino
Potestate, et officialibus dictae terrae. Et
tales teneantur tali exbanditio seu
alio

alicui petenti quod ei dari licentiam compa-
rendi et standi in dicta terra usque ad
publicationem processus et non ultra, ta-
libus exbanditis et condemnatis tene-
atur satisdare et fideiussionem de pa-
rendo mandatis D. Potestatis vel de solvendo
condemnationem fiendam occasione maleficii
pro quo compareret, et si procederetur
de maleficio poenam mortis vel sangui-
nis exigente debeat in carceribus deti-
neri usque quo talis fuerit per sententiam
condemnatoriam vel absolutoriam expeditus
processus, et si absolutus relaxetur et
liberetur pristina restituatur, et tali ex-
bandito et condemnato qui sic com-
parere non possit ab aliquo impune of-
fendi pendente tempore sententiae, et
licentiam dare et praedicta licentia et similia

concedi possit et debeat per Potestatem dicte terre. Et si et quando procederetur nec et sine malitia et non fincte vel simulate contra talem exbanditum et condemnatum, et de tali finctione et malitia et simulatione sive accusa vel denuntia. Et an tali sententia sit danda vel neganda, stetur dispositioni et arbitrio Potestatis, et nomina exbanditorum et condemnatorum, sententiarum et memoria habeatur. Volumus quod Potestas dicte terre fieri faciat per notarium suum cum presentia Ill. Rectoris et Castellani dicte terre unum volumen operis sui regiminis in quo quantitas penarum, et nomina exbanditorum et sententiarum condemnationum eorum, et cuiuscumque ipsorum scribantur.

Quod Potestas per notarium suum cum presentia dd. Rectoris et Castellani habeat volumen in quo scribantur et notentur pene et nomina exbanditorum et sententiarum condemnationum.

124

82 De Carnib(us) et Piscib(us) et alijsq(ue) Comestibilib(us) et silvestrib(us) et Avib(us) de terra non extrahendis.

Item statuimus et ordinamus si quis forensis
apportaverit, seu apportari fecerit ad d(ic)tam ter-
ram aliquam grasciam cuiuscumque generis
debeat ipsam in d(ic)ta terra vendere et non por-
tare alio, vel extrahere de d(ic)ta terra excepto
oleo, Coste, Carnib(us) et Piscib(us) salatis, et novis
Ascognia quas si extra districtum d(ic)te terre
et ad ipsas terras delati vendantur in
Platea d(ic)ti Comunis, et ipsum apportantem
dumtaxat et non alibi, vel per alios ad
poenam viginti soll. contravenienti pro quo-
libet, et qualibet vice, et nullus forensis
det venditorem, vel stet cum d(ic)to venditore

Q(uod) res a forensib(us) ap-portatis vendere in Platea, et non extrahere

Q(uod) nullus apportet cum venditorib(us) nec cum eis stet ad vendendum.

De Poena contumacis
Piscis

ad ipsos Pisces vendendos vel se in aliquo
intromittat vel alium Piscium venditione
et contrafaciens poena supra scripta pu-
niatur et quis denuntiaverit ipsos
habeat medietatem d(ict)e poene, et Tortolar(ius)
qui sine denuntiatione precedenti ha-
beat medietatem d(ict)e poene et teneatur
hoc facere pro commissa in primis sui
offitii et nullus audeat Pisces pomptinos
et Marcianos, vel Sedolucanos vel alios
pisces forenses incettimare vel emere
ad incettimandi et revendendi poena
quadraginta soll(idorum) pro quolibet et vice
qualibet, Aves vero quaquam sodulas
turdos, Anates, Germanos Palumbos
Starnos, Anetras, silvestres, Capriolos, lepo-
res, verria silvestria quelibet aperte
et non occulte deferat ad d(ict)a(m) Terram
ita

1125

ita quod quilibet possit videre et d(ic)tos
taxat in d(ic)ta terra vendere volentibus eman-
tur publice et non occulte et non extra d(ic)tas
terras sed in platea communis d(ic)tae terrae
vendantur et emantur. Et contra fa-
ciens in pred(ic)tis incidat poen(am) sol(idorum) centum et
puniantur cum perditione salmari vi-
nee qualibet. Et quilibet de familia
Cursorum possit contra facientes denuntiare
et credatur suo iuramento et habeat me-
dietatem d(ic)tae poen(ae), qui potuerint ponere
extra non appodissa de d(ic)ta terra ex-
trahere, et alibi apportare licite nisi
forensis extra d(ic)tas terras d(ic)tae terrae ad ipsas

63. De Beccariis et Macellariis, et aliis vendentibus Carnes salsas, et similia

Beccariorum genus hoc statuto cohercentes sancimus: Becarii et Macellarii teneantur continue habere et tenere bonas et pingues carnes et eas et de eis vendere et dare pro pretio ordinando et ad rectum pondus et cuilibet emendi seu emere volenti, et qui non tenuerit et habuerit rectum pondus in quadraginta soll. cortonensium vice qualibet puniatur. Et teneantur vendere et dare carnes pro uno denario cuilibet volenti minus pro qualibet libra carnium eo pretio quo venderetur in Civitate Cortonensi, et Beccarii teneantur omni edo:

De Poena non tenentium rectum pondus

L. 126

edomada mittere ad d.os Camerarios tantum
extractis d.i Communis ad exquirendum
de pred.tis et p(ro) certo dicendum Carnium et
contrafacien(s) in singulis soll. centum pro
vice qualibet puniatur. Item quod d.i
macellarii non possint, neque debeant in
bancha ubi habebunt carnes castratinas
habere carnes caprinas montoninas seu
pecudinas ad poenam decem soldorum pro
qualibet vice et quolibet contrafa-
ciente et credatur sacramento denun-
tiantis dummodo videatur D. Pote-
stati, quod talis accusator sit idoneus
et credatur relationi officialium Dñi
Potestatis que relatio pro plena probat.ne
habeatur, et quod post.tus d.i Potestatis
possit inquirere per banchos in pred.tis
contrafaciens puniatur poena suprascripta

Quod super premissis et contrafacientibus credatur offi. d. Potest.

et credatur ut supra. Item quod predicti ma:
cellarij in bancha ubi habuerint carnes
feminas, non possint vendere carnes suos:
nos vel Soubette ad dictam poenam decem
solidorum quoties contrafecerint, et credatur
sacramento denunciatoris vel relatoris nostri
et Potestatis. Item quod dicti macellarij
non inflant vitulos, nec a corpore
separent de aliquibus lateribus mortuis
ante quod vendantur, ad dictam poenam pro
vice qualibet, et credatur ut supra. Item
quod dicti macellarij grassum unius bes-
tie non possint, nec debeant mittere et
ponere in alia bestia ad supradictam
poenam credatur ut supra. Item quod dicti
macellarij non possint, nec debeant bilan:
cias ligatas tenere ab aliquo latere tapi:
sariae nec appodiare ad lignum sub dicta
poena

1127

poenas pro quolibet, et qualibet vice
Item quod d.ti macellarij debeant dare et
vendere Carnes cuilibet petenti in ea
quantitate pro ut habere voluerit aliquo
et non preterito postulaverit nec renuere pos-
sint etiam facientes in quod.d. vice d.a poena
vice qualibet puniantur dd. tamen
d.e Carnes sint incisae et divisae et quod
ipsi macellarij teneantur dare vi-
libet petenti Carnes ad unam libram et ad
mediam libram divisim pro ut habere fuerit
petitum et cedatur solam ut petenti vel
alteri de ipsis denuntianti. Item
quod d.ti macellarij teneantur et debeant
habere et retinere in eorum banchi dd.
Carnes venduntur tot pondera usque me-
diam libram unam libram duas libras tres
libras ad d.s poenas dicti solli. pro qua-

liber, et qualibet vice qua contrafecerit
et inventi fuerint non habere [illegible]
[illegible] et credatur ut supra. Item
quod dicti macellarii teneantur et debeant
quoties eorum ipsos vel aliquem ipsorum
contingerit occidere vel macellare
aliquas capras, [illegible], vel [illegible]-
sos, [illegible], vitella seu vitellos non
incidere caput ipsius bestiae et ab eius
corporibus separare ne videantur, et
cognoscantur carnes ipsae non esse legiti-
mae ad poenam praedictam et credatur ut supra
Item quod dicti macellarii et quilibet
ipsorum teneantur et debeant ponderare
ad bilancias usque ad quantitatem quinque
libras carnis inclusive et si dicti ma-
cellarii ponderaverint carnes a quinque
libris infra ad stateram in dicta poena
vice

Quod macellarii tene-
antur ponderare cum
bilancia usque ad quan-
titatem quinque librarum

3128

vice qualibet, et pro quolibet piuniat.
et vedabit ut supra. Item quod d.ⁱ
macellarij teneant. et debeant facere
d.as carnes ut superius est expressum ad m.
d. Coretabit quorum et secundum p.ta ℓore-
tabit incurrend. sentio ad d.as poenas pro
quolibet et qualibet vice. Item quod
nullus possit, nec debeat vendere carnes
dictas Vitellinas, Ovinas nec alias
quascumque. nisi secundum assectum faciendam
per eramme modi predd.ⁱ ut secundum
assectum fiendum p.d.as Duos d.ae terrae
quod facere teneant. una cum d. Lore-
tare d.ae terrae incurrente ad poenam
Denarium solid. pro quolibet d. Loreta
teneat. d.os Duos requirere et eis requiri
facere d. prdd.ⁱ aut ut dicunt assectum
faciant in effectu quod assectum

d.ti Lorenz et eius nom.ne teneantur exequi
mandare, et delinquentes in poena
pred.ta puniri qualibet vice qua con-
trafecerint. Solum quod si d.ti Lorenz
essent negligentes et omitterent d.tu
affictum facere, quod d.i macellarij pos-
sint vendere secundum affictum pro im-
factum sine poena. Et si qui contra-
fecerint in d.a poena decem soll. vice qua-
libet puniantur. et exigatur et cedatur
ut s.a dictum est. Item quod d.i macel-
larij non possint nec debeant inflare
carnes aliquas sive aliquas bestias
nec inflari facere sub poena decem
sollidorum solvendorum pro quolibet con-
trafaciente, et vice qualibet que poena
exigatur, et cedatur ut s.a
Item quod nulla persona possit nec debeat
ven:

Lib. 9

vendere carnes porcinas, salatas seu
sopratas intra portas d(ict)e Terre, sed vendere
in botegis aliis extra d(ict)e Terre et si
quis contrafecerit in viginti soll. con-
demnetur vice qualibet. Et quod
poena exigatur et d(ict)a et credatur
nol(uerit) ... teneatur Potestas facere
iurare omnes macellarios ad S(anct)a Dei
Evangelia facere eorum artem fideliter
et legaliter, et sine fraude, et obser-
vare omnia ordinamenta supra sup(po)s(i)ta
et infrascripta. Et si aliquis renuerit
facere d(ictu)m sacramentum iuratum
p(er) d(ictu)m D. Potestatem in decem soll. con-
demnetur vice qualibet, et interdicatur
ei vel eius arte macellarii per duos
menses et si in d(ict)a interdictione post
macellaverit in d(ict)a poena decem soll.

De iuram(en)to dando p(er) d(ictu)m Potestatem macellariis Terrenensibus

vice qualibet puniatur et exigatur
ut s.a et vedatur ut s.a dictum est.
Item quod d.i macellarij et alij ven-
dentes carnes nec aliquis eorundem te-
neant in bancha sua vel alibi de no(cte),
vel vendant carnes unius bestie pro
alia ad poenam decem solidorum contra-
venientibus pro quolibet et qualibet
vice que poena exigatur ut supra
et vedatur ut s.a. Item quod si in
predictis vel aliquo predictorum contrafac-
tum fuerit per aliquem famulum bec-
chariorum vendentibus carnes quod
in omnibus et singulis supradictis casibus
et quolibet eorum poena exigatur
a domino cuius fuerit bancha in qua
contrafactum fuerit et sit in omnibus
supradictis casibus pro d.o famulo te-
neatur.

Q(uod) Patroni macelli teneatur pro contraven-tionibus et pro famulo

neat.s et sufficienti cautione cor-
missa et perpetrata fuerit suspicio-
nis et singulis et quibuslibet ipsorum ab-
solute procedat et procedere debeat
cognitio sine strepitu et figura
iudicii et sine aliquo processu inde
fiendo sed de facto contra facientes
et quemlibet ipsorum tam ad
solvendum [illegible] communis et
ab eis processu et sententia super predictis
vel aliquo predictorum appellari vel con-
queri nec alio remedio haberi pos-
sit. Et si dictus potestas fuerit negli-
gens in predictis et quolibet predictorum
puniatur [illegible] in decem libris
[illegible] de suo salario retinendis

84. De Tabernarijs, et alijs vendentibus vinum ad minutum

Exerceant tabernarij, et quilibet alij ven-
dentes vinum ad minutum suam artem
fideliter et sine fraude, et teneant et
habeant rectas, et iustas mensuras vi-
delicet pintam, medium, petitam et sufficientem
[illegible], cum filo ferri sigillatas, et si-
gillo Communis plummeo [illegible]
signatas, cum filo ferri seu ramini in
supradictis mensuris et quilibet earum,
et alia vasa magna seu maiora petitu
teneri possint non obstante si non fue-
rint sigillata, et debeant bene implere
mensuras et bene et totaliter evacuare
quando dant, et mensurant vinum vel

mi:

miscent bibentibus, vel ementibus, et qui
contrafecerit in praedictis vel aliquo prae-
dictorum in viginti solidis cortonensibus vice
qualibet puniatur. Et caveant vinum
vendentes non imponere fraudolenter
aquam in vino quod venderent, sive unum
vinum vendere pro alio, et aliam fraudem
committere in vendendo et non vendant
vinum maiori pretio quod fuerit gabellatum
et contrafacientes in quadraginta solidis
cortonensibus vice qualibet puniatur
de quibus omnibus et singulis teneatur Le-
ctores communis inquirere ad minus bis
in eddomada qualibet mittere Notarium
cum familia sua servata ad inveniendum
et inquirendum de praedictis et quolibet prae-
dictorum in toto hoc capitulo contentis. Et
teneatur culpabiles punire et condemnare

De poena vendentium unum vinum pro alio

in poenis praedictis et stetur, et credatur omnibus in praemissis casibus dicto, et relationi dicti Notarii. Et quilibet et possit et quemlibet culpabilem in praedictis vel quolibet praedictorum denunciare, et accusare publice et secrete, et credatur denunciatori, vel accusatori cum eius iuramento et cum uno teste et sit denunciator seu accusator habeat tertiam partem dictae poenae, et si fuerit in praedictis vel aliquo praedictorum etiam negligens in dictis libris retinendis condemnetur per Syndicos, et Syndicatores eiusdem.

Libr.

85\. # De Ponderib. et Mensuris et de Vendentib. ad mensuram et Pondus

Quilibet Aroifex, et quicumq. alius vendens vel emens ad pondus vel mensuram rem aliquam debeat habere et tenere iustam et rectam mensuram, et rectum, et iustum pondus cum meo Communis et signo signatum ad Banc. Du.e secundum formam statutorum sub poena viginti soll. contenentium pro quolibet contrafacientem, et debeat ad vendendo quam emendo quilibet iusto, et legaliter ponderare, et mensurare rem quam vendit, et emit vel alia causa mensurare seu ponderat, et mensurat et contra faciens in d(ic)ta

poena viginti soldorum vice qualibet qua
niatur salvis aliis maioribus et minoribus
poenis supra, vel infra, quod aliquod spa-
tium extiterit in aliquo vel aliquibus
causis, et dicti Rectores quolibet mense
inquirant et mittant Notarium suum ad appo-
thecas et ad alia loca ad rimandum, et
inquirendum de predictis ad poenam decem
librarum denariorum de suo salario retinendum.

1133

86. De Dieb. Pascalib. Dominicis, et festiuis, de quib. Apothec. non teneantur aperto

Item. Statuimus et ordinamus quod nullus mercator, vel alterius generis Artifex aliquibus dieb. Pascalibus dominicis, vel festiuis ut in qualibet festiuitate S.tae Mariae de mensis Martij vel Augusti, et aliorum Apostolorum S.ti Nicolai S.ti Joannis Baptistae aliquis dd. dierum teneatur Apothecas apertas debeat, vel in eis vel in aliqua ipsarum in d.is dieb. vel aliquo ipsorum vendere mercari, vel aliud ministerium aut artes aliquas exercere, excepti maciellarijs qui possint carnes facere vendere,

176v

et tenere, et Speciariis qui possint aro-
matha, medicinas confectiones, et cannelas
et ceras, et res alias ad ipsorum artem spec-
tantes vendere, et Apothecas quolibet
die tenere apertas, et barbitonsoribus
possint barbitondere, et ferrariis qui
possint in casibus necessariis ferrare ex-
cepto quod opus mentis sit licitum
unicuique apportare Rt. das barbrod
et herbas pro bestiis omni tempore im-
pune, et aliis contrafacientes in dictis
festivitatibus incurrent vice qualibet penam
et nullus possit in dictis diebus aliquas
palmas vel facere aliquid laborerium
et contrafacientes poena simili punia-
tur prout per quam in octavis et infra
octavas Nativitatis Domini et Paschae

Resur

1134

Reponentes in quibus diebus licet unicuique
apportare pabula pro bestiis et facere panes
et fornariis panes coquere liceat et mu-
lieribus aquam asportare et Potestas mit-
tat notarium suum in dictis diebus et quolibet
ipsorum dierum praedictorum festorum et extra quod
non laboretur ad inquirendum de praedictis
et contrafacientibus et eorum relationi et
dicto notarii, quae poena de facto praedicto
Potestates a contrafaciente debeat auferre
et praedicta faciat bandiri in quali-
bet vigilia a dd. festivitatum, et si dictus
Potestas praedicta neglexerit in poenam
soll. [illegible] condemnetur, et si
aliquis dd. festivitatum venerit in
die Sabbati possit licite tenere apothecas
apertas non tamen laborare.

87. De Mulierib[us] male fame

Item Statuimus, et ordinamus quod nulla mulier male fame moretur prope aliquam Eccl[esi]am aut locum sanctum aut intus d[ict]e terre vel extra in eius territorio, et in districtu, nec aliquis in d[ict]a terra eam, nec ipsam aliquam audeat retinere, et contra faciens in quadr.ta vel aliquo predictorum in sextod. soll. contravenientis vice qualibet puniatur summarie, et de facto, et sine processu aliquo, et expellatur ad petitionem cuiuscumque petentis, et quod aliqua sit male fame sufficiat probatio quatuor testium fide dignorum vel evidentia facti habita notorie. et qualibet qu-fiere de quo stetur dicto et provisio-ni Potis d.e terre. vij

1135

88. Q(uod) nullus intret et exeat nisi per Portam.

Item statuimus et Ordinamus quod nullus
in terra Collis Scipionis intrare vel exire
audeat vel presumat nisi per portam or-
dinatam que clauditur et aperitur de
mane vel de nocte, et si quis contrafe-
cerit in diurni quinque libris cortonen-
sium vice qualibet puniatur si de die
et si fuerit de nocte in quinquaginta
libris Cortonensium vice qualibet puniatur.
Declaramus quoque quod si quis qualiquam
portam dicte terre intraverit vel exiverit
dum ipsa porta clausa staret supra vel
supra Cortinas dicte Porte in dicta simili
puniatur.

De poena exeuntium intrantium vel supra portas

89 De Malefitijs et offensis com-
missis per Potestatem, vel
Offitialem, seu Notarium,
et eius familiam

Item statuimus, et ordinamus quod si Potestas
vel aliquis eius offitialis et familiaris of-
fenderit iniuriam re facto vel verbo vel
commiserit contra aliquem terrigenam et
habitatorem dicte terre, vel forensem punia-
tur eodem modo, et eisdem modis quibus et
quibus puniretur terrigena, et habita-
tor dicte terre qui alium terrigenam
et habitatorem offenderet et idem si
unus alium offenderit et eisdem de offensio-
nibus et malefitiis commissis in terrigenas

et

1136

et habitatores d(ict)e terre per Potestatem
notariumque vel eius officiales et familiares
se cognitos teneantur (?), et de offensionibus et ma-
lefitiis commissis per Potestatem et notarium
eiusque familiarem, Sindicus tempore
eius sindicatus puniat et cognoscat.
Et si contingeret d(ic)tus Potestatem eiusque
notarium et familiares inter se offendere et
puniaretur offensor per Priores vel deter-
mineretur puniri tempore sindicatus
offendens de qua determinatione stetur
iudicio DD. Priorum. De offensis vero
et malefitiis commissis vel que commit-
terentur inter notarium et familiares ipsius
Potestatis unius alium offendendo possit
Potestas ipsos notarium et familiares suos
punire et possit in omnibus supra singulis (?)
capitulis et quolibet ipsorum cognoscere.

et puniri, et finiri et tempore officii
et durante off.o ipsius et si d.o tempore
non punierint ut supradicitur, sub
iaceant de talibus maleficiis cognoscendi
et poena imponenda per syndicatores
ipsius syndicatus qui eos syndicabit
et Potestas possit licite [illegible] suosque
familiares delinquentes corrigere, et detinere
in carceribus et cippis prout ei pla-
cuerit consideratu delicti causa cor-
rectionis secundum formam statutorum.

1137

90. De Poena non parentis prae-ceptis eiusq. Nob.^nio et familiare

Item statuimus et ordinamus quod quilibet debeat parere et obedire prae-ceptis et praeceptoribus quibuscumque iniunctis Domini Locotenentis et eius Nob.^rii, et cuili-bet ipsorum, et qui fuerit inobediens et non paruerit praecepto a Locote-nente seu eius Nob.^rio facto ipsorum vel ipsorum alterius vel habitantis ipsorum parte per Caballerum dictae terrae in decem solidis contravenientibus vice qualibet pu-niatur, et minus in arbitrio Domini Locote-nentis consideratis qualitate et persona et ordine inobedientiae et personae non parentis quam poenam Locotenens fornio

180v

de facto sine aliquo processu vel sing^la.
inde fienda ab inobedientibus exigeret, et
solvi facere Camerario dicti Communis salvo
quod pro uno facto, et negotio seu causa
non possit uni eidemque personae in una ea-
demque vice fieri debere ultra duo prae-
cepta, et si ultra duo fierent seu fi-
erent non possit poena praeterquam
de duobus ad plus exigi et extorqueri;
et praedicta omnia et singula non intelli-
gantur in praeceptis et in aliis casibus
inobedientiis, in quibus vel pro quibus
alia poena gravior vel minor esset
ordinata per formam statuti quae in
suo robore permaneant eadem poena
puniantur. Resistentes Caballario vel
aliis eius officialibus et familiaribus
domini Potestatis, et non permittendo
an-

Inobedientes bis in die possint mulctari, et non ultra.

De poena resistentium Caballario et aliis officialibus DD Potestatis et recusantium pignus.

1138

auferre pignus vel extrahere hostia
vel pro abstulerio pignus ipso Caballo
quando Caballus iret ad pignorandum
seu predicta faciendum de mandato dicti Anto.
Loresbari vel eius notarii, de qua mandato ste-
tur dicti Loresbari et eius notarii mandati,
dancii, et de resistentia stetur dicto
et relationi ipsius Caballi, et predicte
puniantur talis resistens ac si non com-
paruisset mandato dicti Loresbari, pro
ut fogia distinguitur

de poena recusantium pignus.

181v

91 Q(uod) nullus possit vendere vel alienare aliquam possessionem alicui forensi non subiecto iuris d(omi)ni Co(mi)tis d(ict)e terre.

Item statuimus et ordinamus quod nullus de d(ict)a terra sollempnionis vel aliquis alius habitator d(ict)e terre habens domum vel possessiones aliquas vel aliquid immobile, aut iura aliqua possit aliquas dd. rem et fundum in toto vel in parte vendere, donare vel aliquo alio titulo seu causa alienare cedere vel concedere alicui forensi vel alteri persone nisi habitatoribus et incolis d(ict)e terre et in libro di

Requiere de poena augumentata ad cap. 112, et fol. 238

1139

d.i Comunis regere, nec aliquo alicuius
poterit emere, acquirere, vel recipere,
vel quoquo modo, vel causa acquirere
sine licentia et consensu Ill.mi D. Lucidi
pro temp.e existentis et contrafaciens
ven in regno quinq. libris converten-
tis vice qualibet puniatur et alie-
natio et contractus sit nullius effi-
caciae, vel valoris.

92. De Petentibus debitum iam solutum

Item statuimus, et ordinamus quod quicumque petierit debitum iam solutum de quo esset facta quietatio, vel precium alicuius possessionis vendite, vel laborerium sibi solutum in quinquaginta libris coronatorum vice qualibet puniatur sicut diximus, et eadem poena imponimus, si renuntiaverit cancellari instrumentum de quo fuerit sibi satisfactum, vel facere satisfactiones vel refutationem ad quem ipsius tenetur volumus ad das poenam exigimus quod heredes non teneantur ad poenas nisi sit eis denunciatum, et declaratum, aut in-

140

intelligimus si fuerit sibi ostensum evidenter solutionem falsam, quod non potest habere iustam ignorantiae causam.

93 Quod nullus infectus intret
dictam terram

Item statuimus et ordinamus quod nullus
infectus intrare d.a terra, et si in-
traret expellatur, et Potestas teneatur
inquirere per medios si tali infirmus
sit, et etiam in d.a terra quilibet
potest eos denunciare et denunciator
in credentia teneatur, et Potestas
infra primum mensem sui regiminis
inquirere super predictis et si quos
in d.a terra reperire posset, et
debeat ipsos expellere, seu expelli
facere sub poena decem librarum
provenientium vice qualibet qualiter.
Et quod Castelli d.i Comunis teneantur
et

1141

et debeant d(ic)ti infectos de d(ic)ta terra ex-
pellere, et quinq(ue) dd. Castellonus in-
currant poena in soll. quinq(ue) vice
qualibet puniatur. Et Custodes portae
d(ict)ae terrae, qui d(ic)tos infectos in d(ic)tam terram
intrare permiserint in dictis soll. pro
quolibet, et vice qualibet puniatur.
Et quod etiam dd. Consules fieri facere teneantur
ad poenas dictis statutis denariorum con-
venientes de suo salario retinendorum
Et si quis infectorum intraverit in d(ic)ta ter-
ra, et resistatur prout portas intra-
verit quod omnes Custodes portarum
quolibet in dictis soll. condemnentur
puniatur.

De Portinario permittente infectos intrare

184v

94 De Extraordinarijs Criminibus et de similibus ad similia.

Item statuimus et ordinamus quod si quis aliquod commiserit maleficium delictum vel excessum, aut aliquod male vel prave seu dolose fecerit, aut aliquod iniustum vel iniquum de quo non foret poena in aliquo statuto expressa vel ordinata quod de eis et quolibet ipsorum possit procedi et condemnari committentes. Potestas dicte terre poena simili contempta in aliquo statuto tractante, de aliquo simili casu, et si non reperiretur simile statutum procedatur, et condemnetur secundum magis simile, et quod reperiatur vel non

non reperiatur in Statuto casus similis,
vel quos, et quod casus sit ita extra-
ordinarius vel non Statuti dicto, et
dispositioni. Potestas coram quo esset
vel penderet talis casus vel similis poterat
interpretando versatur

95 Q[uod] portantes aliquod genus bladi ad d[ict]as terras extra dis-trictus ipsius terre no[n] solvat gabellam

Item statuimus et ordinamus quod si quis detulerit a[n]no de terris seu extra districtu d[ict]e terre ad d[ict]as terras bladum vel aliquod bladi genus, nullam solvat gabellam pro introitu, seu missione, que non possit intelligantur de mense Julij et Augusti, et quilibet d[ict]i bladi portare, et portari facere licite valeat: attento quod de extra districtu d[ict]e terre portetur.

1143

186v

96 **Tertius liber**

Incipit Statutum

De Civilibus Causis

Hic, et Sequitur.

De censura, et ordine ius dicendi in Civilib. Causis, et P.º de Citatione

Quia de Civilibus Judicijs tractare inten-
dimus et initium Judiciorum ab ea parte su-
mitur quam propter editio de in- jus
vocando consequens est de Citationibus
permittere, et quantum ad eius peti-
tiones fieri possint C.ª qualiter in qua forma
et quem 6.º de relaxatione [illegible]

189v

eo quidem ad petitionem cuiuscumque ipsorum
volentis aliquid petere ab aliquo in
iudicio. Possit fieri citatio reo debenti
in dicta terra, et citato sive per castaldum
vel per bandiores dictae terrae, vel per ipsorum
aliquem infrascripta forma videlicet non citent
reos ad petitionem cuiuscumque volentis
aliquid contra eos petere vel facere in
iudicio quod veniat ad respondendum
de iure alterius in praesenti vel petere
aliquid volenti infra terminum in citatione
contemptum alias ea die qua citatur
debet venire in citatione quod veniat
sequenti die iuridica post citationem
hora debita semper in citatione certa
ipsius citantis inserta et expressa
non valet citatio facta in personam
vel

vel ad domum Stabar.rii recta adhibitura
in quolibet casu in talibus Stabationibus
et qualibet earum unusquisque dictorum
masculus, vel foemina, praesentibus Sabau-
dis nomine Stabuli debeat referre Vicario,
vel Potestati et sibi solvat Caballum pro
dicto Potestati et si de Stabat.ne dubitet
solvat Iuramentum Caballi. Et quod da
sufficiat in Stabationibus sacris et usque
qualibet pro omnibus casibus similibus tamen
dato et assignato certo Stabat ad com-
parendum a die dicti Stabat.rii et Sabbati
ad diem sequentem non feriatum non dierum
ab exprimendo diem in qua fuit per
qua sit Stabatio tenet non alij in da
terra et eius districtu non habitante
publice sono tubae praemisso, et Chri-
cone publ. Civit. in Palatio Potestatis

190v

dos Servos quando ius reddiderit usque ad
Logiam d.i Palatij semel ut servus
dierum quarij ad comparendum, et jam
elapso d.o servus ivenit iver. ad das Lo-
giam in Platea pub.ca ut servus bins
dierum et semper ut probia universis
et oes Cibar. pro quacumque causa seu
questione civili summa ne le stimabi
esse, à quadraginta solidis supra fiat
in scriptis cum cedula et dimissione de
cedule, personali vel ad domum civium
p.a iure banni, et duabus aliis civi-
bus si non comparuerit reus illi reus.
Hospitalibus sine cedula ut assignat.
servi, et in omni causa civili fiant
per Cibar. ante comparationem ipsius
semper una die qui alia nulla predas.

1146

citationis nihilo: licet de eius contu-
tione non constet. Contra forenses autem non
subiectos iurisdictioni dictae terrae non potest
fieri executio realis, vel personalis
nisi commune contra eos habeatur, nisi de
debito contra eum fiat fides, Confessioni
et scripturae scriptae instrumentum vel per
apodissam subscriptam manu debitoris
vel per duos testes legitime probantes.
Si vero contra dictum talem forensem
executio de facto teneatur, teneatur ad
eius petitionem talis executio fieret
dictus forensis refficere damna expensas
et interesse, quae incurrisset ob talem praedictam.

Quod contra forenses non fiat execu. nisi constito de debito sed in con: tumaciam

199v

97. De ordine et modo cognoscendi et terminandi quest.nes minoris sumarie

Si contigerit reum citari coram Dno Potestate pro aliquo debito, vel causa quantitatis vel extimationis quinquaginta soll. continentium, vel infra et contineat contingerit Potestatem de talibus questionibus et causis, et quibus teneatur sumarie et de plano sine strepitu et figura iudicii, in quibus causis unius testis dictum sufficiat ad reum condemnandum vel absolvendum. Et possit et tales questiones expedire per iuramentum à parte parti delatum, vel relatum, et Potestas quo

quodque praedictus possit in dictis causis quae-
stionibus et qualibet ipsarum ex suo officio
vel ad instantiam partium vel partis
iuramentum deferri arbitrio, vel tan-
tum ei placuerit exigere conside-
rata eorundem qualitate et celeritate
personarum quarumcumque causas lites, et quae-
stiones expediat infra viginti dies
à die querelae expositae remotis ca-
villationibus et subterfugiis, et exequu-
tionibus iuris effectum et rei veritatem
solummodo inspectis, et tabernariis
de credentiis factis ad tabernas dictorum ho-
stes teneatur facere exequutionem personalem.
vel realem ad petitionem petentis sine
temporis tarditate et productione libelli,
et petitionibus debitores in carceribus ponere.

et

ea modo relaxare donec creditori solverit
ad effectum et si negligens fuerit Suc-
cessor procedat in procedendo vel aliquo
procedendum in dictis libris contenentium
quatenus teneatur mox quotiam de suo
salario retinendi

1148

98 # De Causis Civilib[us] maioris Sum[m]e

In Causis, et questionib[us] maioris summe, a quadraginta sol[idis] supra usq[ue] ad quinque libras, si Actor de iure suo non habuerit publicum instrumentum debeat Potestas procedere per libello formare et de facto receptis testibus et probationib[us] alterius partis, et dictam causam per sententiam diffinire infra viginti dies, vel recepto iuram[ent]o delato a parte parti, vel ex suo off[ici]o expedi[en]te sive Actori vel Reo facta coram eo ali-qualis semiplena probatione cond[itio]ne per-sonarum et qualitate negotii, et aliis circumstantiis que in eius animum magis

de iuram[en]to ferendo a parte parti vide cap[itulum] infra in pr[ox]i[mo] cap[itu]lo

induceret ad defendendum alteri, vel noceret
et in prodit.r reipub. vel fuerit puniatur
teneatur poena dicti libellum ab inde
non supra. Si Reus noluerit sine libello
procedere respondere det ei libellum
vel petitiones in scriptis continentes
id quod petit, et causam, et dato libello
locus assignet Reo terminus duorum
dierum tantum ad respondendum petitioni
sive libello. Et nulla petitio proponi
exceptio quae habeat litis contestationem
tollere vel impedire principalis exceptionem
petitionis, et exceptio praeiudicium et
de dictis exceptionibus debeat cognoscere
et diffinire Potestates infra duos
dies ad poenam centum solid. exceptionibus
aliis non exceptis quousque post litis
cont.

contestationem recipiat Reus et deinde
facta litis contestatione, et
dato termino partibus ad probandum
et in causa procedat et omnino infra
unum mensem a die litis contestatae
et causam diffinitivam sententiam ter- — Q. Doctores infra mensem
minare, et si negligens fuerit Doctor — unum causas civiles
puniatur in decem libris convertendis — diffiniat coram ipsis
et ipso jure sit privatus suo offi- — et coram minores
cio, processus vero pendentes hucusque coram — infra [?] dies.
Doctoribus dictas causas terminare
teneantur infra octo quindecim dierum
ubi lapsa [?] sub privatione sui officii
numerandorum a [?] si non fecerint poena
simili puniantur. Et quamquam
quantitate vel species [?] ab [?]
referunt sacramentum Rei vel a Rei
dixit, quod tunc Doctor cogat Reum

vel Actore, quod differre teneatur ad
iurandum, et si Actor iurare nolue-
rit Reus absolvatur et si Reus
iurare noluerit ipsum condemnare debeat
nulla probatione habita. Et possit quili-
bet quibuscumque causis agi et defendi
per procuratores habentes mandatum sufficientem vel
specialem in quolibet actu in iudicio
opportuno. Ita tamen quod non pos-
sint esse, nisi duo Procuratores ex parte
Actoris, vel Rei, et qui plures con-
duxerit ultra illos duos puniatur
in viginti solidis convertendis per
Potestatem dicte terre [illegible] faciat ad
personas [illegible] [illegible] quem-
cumque alium procuratorem intervenientem in
iudicio Potestas eum non audiat
et

De iuramento deferendo a parte parti vide etiam supra in penultimo capitulo

De habendis ultra duos procuratores

eis solennitatem imponat et nihilominus
possit imponere poenam decem solid.
coniventibus sub iuramento calumniae — De iuram.to Calumniae

Potest procurator exigere personam quando
simul principalis dummodo dicere quod
hoc postulaverit quod non malitiose
vel causa differendi petiit adversarius sed
dum putat quia est magis veritatis vel
partem legatariis et melius poterit
veritatem scire vel negare de quo agitur
principalis vel defensorem. Item et
exceptio quod super alia parte partis
allegatur etiam attendunt iuramento
petitoris et quorum testem de credi-
bilitate subiecerit. Si vero exceptio ex — De exequend. instri qua- rantigiati et sine quarantigia pacto facto.
alia causa inde apparet probetur.

195v

instrumentum cum guarantigia, vel sine teneatur. Verba elapsi termini in instrumento apposito ad petitionem creditoris, vel sui procuratoris vel heredis seu et cuiuscumque ius habentis ex tali instrumento capi et detineri facere in Palatio, et in carceribus debitores obligatos qui debitor obligatus in quocumque loco preter capi potest quam in domo sue solite habitationis et per quamcumque quantitatem et non relaxetur dictus debitor donec debitum in instrumento contentum expensis et expensis cause damnandis per dictum d. Potestatem fuerit creditori integre solutum et satisfactum de suo credito vel [illegible] et si voluerit creditor dare

De debitoribus in sua domo non capiendo et si instrumentum appareat contra debitores

151

dare ei creditori debeat [illegible] teneri-
tas de bonis debitoris detenti, et de dictis
bonis dare ei in solutum et adiudicare
secundum ordinem et seriem in legibus
capitulis comprehensis, et quod electa
una via alia non tollatur usque ad de-
bitas satisfactiones et eo nomine creditori
fiat, vel fieri facere praecipiendo eius li-
berto debitori detinendo, et stando
ad dispositionem Palatii sub poena in
statutis contempta salvo quod contra
in instantia non quadraginta spatio infra
tres dies continuos possit debitor
seu reus teneat contrahens vel de tempore
opponere et probare quicquid op-
ponere vult, et post quibus elapsis
non audiatur et si quid opposuerit
et non probaverit ei dicitur solvere

super exec. instrum. electa una via alia non tollatur —

contumaciam condemnetur de facto exi-
Receptio con instrum. quarantigiato — gendis per Locatores dicte Terre contra
quarantigia veniens. tam nulla possit
opponi exceptio nisi dumtaxat
falsitatis vel solutionis et Pacti tempo-
ralis vel perpetui de non petendo
vel exigendo quorum quilibet infra
sex dies continuos post captam
possessionem obijci et probari et si fuerit
obiecta et non probata in libris
quinquaginta condemnetur opponens pro Loca-
toribus dicte Terre et contra quod tali
fuerit obiecta exceptio de dictis sex
diebus elapsis non audiatur.

99. De modo et ordine Procedendi in Contumaciis.

Contra debitores seu Reum citatum pro
aliqua re vel causa ad diem et ad compa:
rendum in term.° citationis debet actori
de bonis ei ad eius creditoris seu factoris
nominatis ut dicto effectu veniat
in iudicio responsurus. Et si post
tenutam datam et captam in re mobili
vel se movente vel in aliquo iure
vel nomine per vigintii dies, vel in re
imobili per mensem debiti declarati per
vigintii dies continuum steterit, et
perseveraverit in sua contumaciam
infra dicta tempora non purgaverit

197v

reus seu debitor et fuerit debitum seu ius
creditoris liquidum non audiatur ipse
reus sive debitor volens tenutam recu-
perare nisi creditori suo de ipso debito,
et expensis integre satisfaciat, et si
vero debitum seu creditum ius actoris
liquidum fuerit, possit Potestas post data tem-
pora supra distincta ad petitionem
actoris recipere iura et probationem
ipsius non obstante rei absentia
et contumacia et ipsum ius seu de-
bitum liquidare pronunciare, et decla-
rare debitum seu ius actoris fore liqui-
dum et ipsum actorem ius habere, qua liqui-
datione facta Reus nunquam audiatur
ad recuperationem tenutae, nisi Rei insi-
stitori seu Creditori suo debitum persol-
verit

1153

venio, et expensas causæ reficiat, et
p[er] contumaciam nolentis venire vel rei
contra quem creditor audiatur, reficiat
primo expensas actori, et prohibeatur
cautione de stando et respondendo
in iudicio actori. Item de tempore
positio est venientis creditor quan-
docunque infra decem dies in re mobili
infra quindecim in re immobili. Dum
modo prius debitis persolvat et ex-
pensas actori reficiat. De elapso
medio dicto ultimo tempore hic ibi et
decem dierum in venienti re mobili
et quindecim immobili. Reus nullo
venire audiatur, et potius actor res
in venientem captam habere in solutum
pro debito quod petierit, et expensis.

Quomodo contumax audiatur et quod primo caveat et ex poena insinuat

De temporibus creditor venientis, vel excepto in contumaciis.

Et quod si debitum fuerit liquidum, res
adiudicatur sibi per extimatorem per
secundum decretum aut vendatur, et
sibi de pretio satisfiat prestito pri-
us iuramento ab ipso creditore quod
debitum sit verum debetur de iure
habere a reo predicto, et quod non est
in toto vel in parte sibi satis-
factum de eo, sane si actor petierit rem
mobilem, vel immobilem aut exerit
et probaverit actiones dicens rem
spectare ad se iure dominii vel qua-
si aut alio pertinere vel sibi obligatam
vel pignoratam esse, vel fuerit de-
claratum quod talis res mobilis vel
immobilis data in tenuta actori
actori per secundum decretum extimetur.

Quod bona debitoris extimentur

per

L 154

per duos extimatores eligendos p(er) partes
qui iuxta d(ict)am extimationem facere
bona fide. Et si d(ic)ti duo extimatores
non essent concordes in dicto extimationis [De extimationibus ad extiman(dum) bona debitoris]
matione debeat eis tertius extimator
p(er) d(ominum) Potestatem, et quicquid fuerit
p(er) d(ict)os extimatores vel p(er) maiorem par-
tem eorum habeatur ratum et fir-
mum et ubi d(ict)e partes d(ict)os extima-
tores eligere noluerint vel alter
earum quod Potestas in defectum
partis eligere renuentis teneatur
eligere unum vel plures prout sibi
videbitur habita aliquali infor-
matione de predictis a D(omi)nis Consulibus
d(ict)e terre. Et item post(ea) [illegible]
in compartimento ut s(upr)a dictum est.
Et simili modo fiat in tenuta

De bonis debitorum in [illegible] nisi contuma-
cia [illegible] auc[illegible]
[illegible], et tempestivis.

et possessorem rei petitae, seu quod petere
videtur intimatur quod teneatur, et
possessorem positum reus comparere et
respondere infra viginti dies in
re mobili, et infra triginta in
re inmobili refectis expensis factis
sa actori. Post vero dicta tempora
vel aliud terminum tenuta recupe-
rare non possit nisi prius refectis
expensis ut supra, et si post dicta
tempora steterit et perseveraverit
in contumacia per alios dies
triginta in re mobili, et per sex
menses in re inmobili non au-
diatur postea de tenuta et pos-
sessione recuperanda. Sed in
sua contumacia poenas de Rev

De refectione expensarum
in contumacia.

[illegible]

Actor efficiatur et de Debitore reus, et possessor reo, sed de proprietate au-
diatur quandocumque; et si credit se pro- Quomodo actor fiat reus et fiat reus [illegible]
batis iura habere in proprietate, et
obtinuerit restituatur ei tunc dictae rei
possessio, quam proprietas, et Contumatia
accusata intelligatur esse facta et citatio
à die intimationis factae [illegible] Corsalettis
in persona, vel ad domum pro uno tertio.

100. Officiarius ad debitiones Creditoris precipiat debitori qui stet in Palatio.

Teneatur quoque Officiarius ad petitionem cuiuslibet Creditoris praecipere, et praecipi facere per Cavallarium uniliber debitori convento, seu citato, et contumaci quod stetur vel veniat ad standum ad districtus Palatii pro debito, stando et venire debeat ad districtum, et qui non venerit ad districtum pro qualibet die qua in contumacia non veniendo steterit, in quinque sold. contumacie puniatur, cuius poene medietas sit Creditoris, et alia medietas sit

De debitoribus non parentibus et contumacibus.

1156

sic formentis, et ipse dimbarcar creditor

vel procurator eiusdem possit de bali contu- — Quod debitor non possit pro inobedientia cogi ultra quantitatem debiti

macia accusare salvo quod nullus

possit condemnari pro bali contuma-

cia ultra quantitatem debiti, de quo

agitur.

Qui necnon venit ad districtum, et contra

preceptum Vicarii et sine ipsius vel

creditoris sui licentia de Palatio di- — De debitoribus absque licentia ex palatio discedentibus et contumacibus.

scesserit seu recesserit in quadraginta

solidorum contumacibus vice qualibet

puniatur. Salvo quod si debitor ante

eius condemnationem vel post infra octo

dies concordaverit seu cum creditore

talis condemnatio quinque solidorum pro die et

contra quamlibet contumaciam

fieri non possit, et si facta foret ab

157

101 De sequestrationibus rerum fructuarum suspectorum debitorum

Si quis coram Potestate comparuerit et dixerit, et narraverit se debere ab aliquo recipere aliquam pecuniarum quantitatem vel rem aliam, et debitorem fore sibi suspectum, et se timere de fuga, et contumaciæ talis, et de re non satisdando teneatur. Potestas rem talem faciat sequestrari, et deponi in sequestrum penes aliquam bonam personam custodiendam et conservandam usque ad convenientem terminum, et facta tali sequestratione teneatur. Et vir infra terminum Potestate

habuerit de suo iure et causa seque-
strationis ostendere, et docere quod
fieri possit summarie et de facto, et
sine strepitu, et figura iudicij, et
si in d(ic)to ter(mi)no non ostenderit de suo
iure, et non probaverit relaxetur
sequestrum possessori, seu ei a quo
fuit oblatum et alias rogatum per
observare qui sequestrum fecit offi-
cii expensas illi cum quibus sequestrum
fieri fecit et illi cum quibus fecit vel
factum est sequestrum seu ille penes
quem est, vel erit res sequestrata
teneatur satisfacere de stando
et respondendo de iure et iudicatum
solvendo alias velle recipienti
no(min)e eius qui sequestrum fieri fecit
seu

158

seu ad cuiusque petitionem factum fuerit
non fiat sequestrum, et si factum fuerit
et solidationem prohibitam relaxetur.
et statim dictum sequestrum non fiat
sequestrum sive sit forensis vel Colle-
gianus. Et ille contra quem factum
fuit sequestrum vel ponens qui erat
res vel depositum factum vel ipsum forensem
restituatur. Item liceat creditori Colle- Quomodo liceat forensem
gianus suum debitorem forensem et sus- suspectum pro debitis
pectum capere sua auctoritate per se, [illegible] capi et quo
vel alium vel alios, dummodo captum modo consignetur Curie
teneat in loco ubi ceperit, et de loco
ipso non moveat, sed statim veniat
ad curiam Potestatis per familiam
et per familiam Potestatis ducatur
ad curiam et in fortiam Potestatis, et

dummodo creditor capiens vel capere-
faciens habeat in instrumento debiti vel
apud acta cuius causa ceperit et
illud pignus in continenti Iudici
ostendat. Et Potestas dicta de
causa teneatur dare familiam mili-
tes petenti poena vigintiquinque
librarum contrafacientibus.

159

105 De Restitutione spoliatorum

Quoniam spoliatos ante omnia intendimus ac lege disponimus quod Potestas debeat, teneatur et possit etiam civiliter et generaliter de omnibus et singulis violentijs et quomodolibet indebite possessionis aliquem spoliatum vel turbatum, vel quovismodo iniuriatum molestatum in sua possessione retinere et integrare, et ab omni molestia et turbatione defendere tueri et spoliari, seu turbatori silentium imponere ne ulterius spoliet, vel molestet. Quae omnia fieri possit summarie et de plano, sine strepitu, et figura iudicij reiectis ca-

nullationibus subterfugijs et [illegible]
exceptionibus et contradictionibus sola
veritate, et Jurisdictionis re. inspecta

160

103. Quod prius conveniatur Reus, quam Fideiussor.

Non potest fideiussor conveniri antequam conveniatur et discutiatur principalis debitor, pro quo fideiussit, sed P.o ipse debitor princip. debet conveniri et discuti, si est sufficiens ad solvendum, et satisfaciat creditori de bonis eius integraliter. Et si non esset to-taliter solvendo, seu non sufficerent bona eius ad integram debiti solutionem, exigatur ab eo et eius bonis et quicquid potest. Et postea pro residuo, vel etiam pro integro debito si non inveniretur de bonis princip. poterit fideiussor conveniri, nec potest partis aliquibus, vel conventionibus vel recipe-

sentationibus in contrarium agi vel fieri sta-
tuti beneficio renunciavit. Item si quis pro
aliquo principaliter se in aliquo con-
tractu vel causa mutui vel depositi vel
cuiuscumque alterius contractus conventio-
nis vel causa alium se obligaverit, et
ille pro quo se obligaverit aut ali-
quid se in causis predictis vel aliqua
ipsarum habuisse confessus fuerit tali
se obligati, vel confitenti promiserit
conservare ipsum indemnem et pro se tale
debitum recognoscerit confitendo esse
suum et pro se factum et contractum et pro
illo qui primo se obligavit debeat
tali tale debitum recognoscere, et
de conservatione indemnitatis promittere.

De obligatione depositi, et quomodo cum deposito procedatur

Si ipse

161

Vig. instro talis recognitionis, et pro-
missionis conservationis indemnitatis
ergo quod ipse debitor illum qui pro
promisit conservare suis expensis in-
demnes integraliter solvere creditori
recognitionis debitum, et ab omni dam-
no dispendio illum qui pro eo se obli-
gavit promisit liberare. et pro tali
instro. recognitionis vel promissionis
de conservando indemnes praesumatur
sine aliqua probatione debitum fuisse
ipsius qui debitum recognitionis vel de
indemnitate promissi se obligaverint,
et talem confessionem faciunt, et quib-
bet juribus realibus et personalibus, et
summarie de facto sine strepitu et fi-
gura iudicii. Cogatur indemnem

De conservatione indemnitatis.

conservare fideiussores suos et quemlibet
alium qui pro eo solverit vel damnum
sive dispendium aliquid sustinuerit
ad voluntatem, et petitionem fideiussoris
vel alterius solventis vel damnum passi.

116

104 # De Pignoribus Recolligendis et uendendis

Si quis habuerit pignus conuentionale uel
hypothecam alicuius rei ante quam possit
uendere uel obligare rem talem cre-
ditor denunciare facere debitori seu
illi a quo pignus uel hypothecam habue-
rit in personam uel ad domum debitoris
seu illius a quo rem pignoratam uel hypo-
thecam ut recolligat. Qua denunciatione
facta si debitor seu ille qui rem pignor-
rauit, uel hypothecauit eam infra decem
dies si fuerit res mobilis uel infra
duos menses si fuerit res immobilis eam
recolligerit possit postea creditor

De pignoribus conuentionalibus et eorum uenditione et quomodo possit procedi.

libere vendere, quod venditionem faciat
bona fide et legaliter. Et prius ab eo
praestito iuramento quod dabit offe-
renti. Et si emptor non inveniretur
sibi adiudicetur pro [illegible] iusto pretio
competenti, et talem venditionem
debitor seu ille qui rem pignorave-
rit vel hypothecaverit ratam habere
teneatur et aliter praeter formam
praedictam venditio fieret nulla sit ven-
ditio ipso iure

1163

105 Q[uod] mulier nupta possit se obligare

Liceat cuilibet mulieri nuptae una cum marito suo, vel eius consensu in contractu quolibet alteri obligare, et talis obligatio et contractus sit firmus, et validus nulla exceptione, vell[ei]ani iuris aliquo obstante, et si talis uxor patrem habuerit debeat et patris intervenire consensus in quolibet obligatione per eam facienda et si patrem non habuerit exigatur, et interveniat consensus fratris et si fratrem vel patrem non habuerit interveniat

consensus fratris carnalis, et si fratrem
carnalem non habuerit interveniat
consensus duorum consanguineorum quos
habet, et aliter se obligare non possit.
Et hoc non vindicet sibi locum in pro-
curationibus seu instrumentis factam
vel fiendam per dictas mulieres

106. De Praescriptione decem annorum et de aliis Praescriptionibus

Qui rem immobilem per tempus decem
annorum inter praesentes, et viginti inter
absentes bona fide sine fraude et iusto
titulo continuato tempore auctoris sui
in suo, vel per ipso, sive auctore
tempore decem annorum possidenti per-
textum sit securus et talis rei sit
praescriptor sit tutus, et à nullo potuit
inquietari. Item si quis fuerit ne-
gligens in petendo aliquid debitum

alicuius quantitatis pecuniae vel rei
sibi debitae ex aliquo contractu vel
instro mutui, depositi, vel quorum-
cumque temporis seu dies vel conditio
petendi decursu et steterit, vel
solvendi tempus pendente an-
norum currere non possit, sed
sibi estimatur, obstet praescriptio
demum temporis prohibetur nisi
infra dictum tempus per eum debiti
facienda citati debitoris vel facienda
processus coram Praetore, vel coram
debitore tempus praefatum sibi in
currere, vel si alio sufficienti actu
vel modo praescriptio interruptio
prohibeatur. Et praedictum tempus
praescriptionis tot in debitis contractibus

et

~~et ex Instrumentis productis quod sumus~~
~~In Contractibus Census seu Instrumenti vel~~
~~debitis usurariis obstet praedictis pri-~~
~~ocer annorum eo quod Contractus seu~~ ~~Praescriptio contra Instrumenti usurarii et quomodo probetur creditorem esse usurarium~~
~~debitum pro usurariis, alias creditor~~
~~usurarius sufficiat probatio eius~~
~~actibus novem de talibus creditoribus~~
~~affirmatio talis creditoris usurariis~~
~~etc.~~

107. De fictibus seu simulatis Contractibus

Nullus contractus fictus vel simulatus aliquid robur habeat vel ex eo nec ex eo aliquid ius alicui fiat vel ius alicui ex eo possit ledi vel impediri sed ipso iure sit nullus et nullius efficacie vel roboris. Et quia difficilis est probatio fictionis et simulationis. Statuimus quod Potestas subtiliter debeat inspicere et investigare ad petitionem cuiuscumque cuius interest pro tali fictione et simulatione et ad probationem tali fictionis probande et detegende et

mani-

matris fides examinatio a notario et
testibus contemptis in instrumento de ali-
enatione et simulatione, et ad probationes
satis firmioris sufficiat. Si testes
dicant qui fuerint in ipso instrumento conscripti
in instrumentum seu contractum simulatum,
vel fictitium nec possit notarius propterea
redargui vel molestari. Item si quis
alicui vendiderit vel alio titulo alie-
naverit sub aliquo nomine contractus
rem aliquam et dicte rei possessio im-
mediate remanserit penes vendi-
torem vel alienatorem, et possidentem
et continue post contractum et alie-
nationem ultra per duos annos nichil
respondendo emptori de utilitate, ne
infra dictum tempus aliquis emptor possidenti
emptori vel alienatori ulli receptor

211v

Presumatur talis venditio et alienatio

ficticia et simulata, et quod inde ha-

beatur ac si facta non fuisset non

obstante quod tempore contractus et

alienationis venditor seu alienator

constituerit se talem rem quam tali

seu emptori vel contrahenti precario

vel alio titulo suo nomine possidere et

et quod in instrumentum de tali contractu

seu alienatione sic vel simulate

facto fuerit ad petitionem cuiuscumque

cuius interest debeat cogi tale

instrumentum ~~[illegible]~~ scriptor si fieri fecerit

et obtinere ad poenam decem librarum.

167

108. De executione testamentorum et aliarum ultimarum voluntatum.

Testamenta codicilla et aliae quaecumque ultimae voluntates, de quibus publicum instrumentum appareat executioni mandentur secundum voluntatem defuncti ad petitionem cuiuscumque ius habentis per Potestatem dictae Terrae summarie et de plano, et sigura iudicii non observata, seu instrumento publico cuiuslibet ultimae voluntatis non viciato nec cancellato vel suspecto, et solum directo secundum formam statuti et teneantur exequi relicta pro salute animae vel ad pias causas infra quindecim dies, à die

petitiones minimumque unius in toto sol-
vere, distribuere talia relicta secundum
defuncti voluntatem et rogatur heredes
ad petitiones talium executorum, et alium
eorum dare, et assignare ipsis executoribus
vel alteri eorum si quibus heredes modis
in solidum a defuncto debitum summe quan-
titatem et certum seu res ex quo pervene-
runt, quatenus ad hoc in pia defunc-
ti voluntas fideliter adimpleatur.
In pijs tamen executionibus et causis con-
sonatur directo.

168

109. De executione senten- tiarum et arbitramentorum

Omnes sententie arbitratorum et laudamen-
ta executioni mandentur per potestates ter-
rarum unde fuerit requisitus infra
octo dies post sententiam latam et post
confirmationem ipsarum et nihilominus etiam
quando fuerit appellatum vel contra-
dictum seu petitum reduci ad arbitrium
boni viri summarie et de plano sine
strepitu et figura iudicii et illud
ius et ordo servetur in eis et quolibet
eorum quod et qui servatur in quibus-
et pro quibus forensibus sine alicuius di-
lationis solutione excepto quod pro arbi-
tris et laudo de quibus dicetur servandis

formam statutorum solvatur prout solvitur
in aliis casibus et teneatur. Potestas
ad petitionem cuiuslibet creditoris vel
eius procuratoris habentis specialem mandatum
vel detinere seu detineri facere in
Palatio sub fida custodia quemlibet
condemnatum et de Palatio communi
vel debito contractum in iudicio donec
dicto debito vel condemnatione et ex-
pensis cum effectu communi et credi-
tori persolverit. Et dictus Potestas in
predictis et quolibet predictorum si negligens
fuerit puniatur sive qualibet vice in libris
decem cortonensium et nullus pro male-
ficio vel debito de tempore possit deti-
neri vel sequestrari pro alio debito
nisi primo expeditus et relaxatus
fuerit a prima detemptione. Teneatur

Quod nullus detemptus pro uno casu possit pro alio detineri.

pro

pro maleficio, vel delicto, et id nisi
sit inde tempore causa alterius patri-
moniĩ

110 Quilibet habens rem communem possit ad divisionem provocare

Quia nemo invitus in communione stare cogitur statuimus et ordinamus quod quicumque tam minor quam maior cum aliquo vel aliquibus habente seu habentibus hereditates seu socios communes aut communes obtinens rei partes coheredes vel consortes vel consortes, et quemlibet alium habentem partes in aliqua re communi cogi ad divisionem faciendam rerum, et singulum et cuiusque instantia provocare et provocari. Et Potestas dictae terrae et quilibet pro tempore existens teneatur et debeat

hab

1170

talis coheredes, et alios quoscumque commu-
niones, seu communes habentes ad fa-
ciendas divisiones ad petitiones cuiuscumque
ius habentis compellere et petitas divi-
siones fieri facere cum adiudicatione et
redditione fructuum pensionum de bonis
communibus liquidatis. Item potest dis-
cordantes super electione peritorum pre-
dictorum duorum bonorum virorum qui iverint
et faciant dictas divisiones. Item dic-
tum sic electos discordantes eligant
alius tertius per eundem Potestatem,
qui sic electi dictas divisiones infra
decem dies post eorum electionem, et iu-
ramentum prestitum facere, et in effectum
expedire per dictum Potestatem compellantur.
Item Potestas in predictis negligens
vel [illegible] incurrat in poenam [illegible] soldorum.

quolibet vice, et pro aliquam
partium negaretur communio rei
posite tali communi negata pro-
bari coram Locotenente, et probatione
legitima puniatur ipso facto per Lo-
cotenentem predictum tali neganti com-
munionem in poena sui mendacii in
libris soll. contravenientis. Qui Locotenens
in predictis et de predictis et quolibet
predictorum procedat et cognoscat et
diffiniat summarie et de plano sine
strepitu et figura iudicii sola rei
veritate inspecta

171

110 # De Jure Dotium

Quia dotis causa semper ubique preci-
pua esse debet, et statuto censemus
quod si mulier, vel alius pro ea
dote dederit in pecunia vel in exti-
mata marito suo, seu socero, seu alijs
se ad dotis restitutionem obligantibus, ra
bona mariti sui soceri, et aliorum
recipientium et se obligantium sint, et
esse obligata intelligantur pro ipsa
dote, et fore ipsius dotis ipsi mulie-
ri jure quod ad hoc effectu preferatur
omnibus creditoribus etiam, et quod ante-
rioribus et expressi habentibus hypothe-
cam et nullus alius creditor possit
sentiat aliquam vel remissionem im-

216v

ponere aut in solutum dationes ins...-
sabilibus pro dote obligatis vel ex-
presse recipere, vel habere in præjudicium
dd. mulierum vel dotis ipsarum, vel
alicuius earum salvo quod si extent
tot bona, que sufficiant ad dotem
vel ad id, propter quod commisisset
periculum quod tunc commissio locum
habeat et si contingat socerum
vel fratrem mariti, vel alium cum
marito, vel sine marito dotem reci-
pere vel micti vel immitti, seu in-
missionem informari vel poene reci-
piendas esse, ~~[illegible]~~ se, vel contra alienandi
eorum bona pro dotibus et juribus dotium
obligari. Et si superveniret quod
absque marito, vel si dotes darentur
et extra patrimonium commune seu familiæ
teneatur.

sententiae, soluti idemque dare et facere
et quilibet alius dotem seu dotis quanti-
tatem vel rem habens eam in com-
munibus bonis si in communi est red-
dere marito tali vel de bonis eius
qui recipit tantum uxore tamen con-
sentiente et posita praedictis modo ca-
utione et forma tali redditio seu red-
ditio fieri marito praedicto eius uxore
consentiente praedicta et quemlibet
ipsorum et ipse maritus cui dos est
reddita soluto non dare vel
facere aut aliter sic et remaneat
obligatus uxori, sicuti tenebatur pro
dotibus tabellis et ipsorum ante tali ma-
rito de consensu uxoris recipientis et
reddentis, et non obstante quod talis
redditio fieret constante matrimonio

Et nihilominus tam maritus quam pro-
teneatur Patri, fratri, vel alii et
cuilibet eorum qui dotem restitueri-
t dicto modo, et tempore facere finem
liberationem et pactum perpetuum de
non petendo, et confessionem dotis re-
stitutae, et omnes sufficientes cau-
telam. Ita quod predicti vel aliqui
ipsorum vel eorum heredes, vel bona
eorumdem tali dote, et ex ipsius ra-
tione, vel pretio de cetero moles-
tari. Et si vero dos consisteret in
re immobili inextimata ipsa res
marito restituatur sine aliqua
cautione prestanda quę in suo sta-
tu dotali, et de eius obligatione, et
alienatione teneri non debeat. Et ad
cautelas statuimus res dotales non
posse

posse modo vel causa aliqua obli-
gari et non praeiudicari in dotibus do-
tis defraudari in portio. Statutum
est quod nulla mulier praeter quam
in casu suprapositio possit alicui
fines facere liberationes confessiones aut
pacta de non petendo aut contractus
vel distractus aliquos de non petendo
dotes suas et si secus fecerit ipso iure
sit irritum et obligatio prima tam
in persona quam in mulieris obli-
gata in suis quibusvis rebus pertine-
ret nisi evidenter appareat ipsam
mulierem ius suum et dotes suas ha-
buisse et integraliter recepisse in
pecunia numerata vel re quae mani-
feste appareat post matrimonium di-

solutum, constante vero matrimonio dos
repeti non potest, salvo quod si ma-
ritus habens qui dotem recepit prodi-
galiter et dissolute male utatur sub-
stantia sua et viri similiter dubi-
tetur ne ad inopiam vergat, vel si
ad inopiam iam vergens possit Uxor
et in matrimonio constante impetra-
re à Potestate dotem servare quod pro
cautela, et securitate suae dotis
conservandae et ipsa mittatur in
possessionem bonorum mariti pro modo
et quantitate suae dotis et fructi-
bus salva tamen fide [illegible] aliquos
redditus ipsius mariti convicinos qua-
tenus ipse maritus prodigaliter vel
dissolute male utitur substantia sua

et non similiter de ubertate, ne ad inopiam
vergat, vel quod iam pervenit, et
attentis expensis publicis et alia-
rum omnibus [illegible] contra-
dictione non obstante quod infra debitum
diem summariam ad contradicendum
opponendum et probandum quicquid
voluerint et possint, alias de summa-
rio fiat, et praedicta omnia et singula
facere teneatur Dominus Gubernator praedictus
ad petitionem cuiuscumque mulieris
vel Patris seu proximiorum con-
sanguineorum ipsius mulieris summarie,
et de plano sine strepitu et figura
iudicii, et res et bona dictae de
causa mulieris pro suis dotibus et iu-
ribus conservandis assignata, et data

219v

1174

et in quantum possidet. Mulier fuerit in:
missa sint, et maneant pro securi
tate sorpeonia dotis. Et non
possit ipsa manare vel aliquid alienari
vel obligari. Et matrimonio
dissoluto sine ipsius mulieris,
aut suorum heredum quod fuisset
causa dotis praedat et ideo ob:
semetur in mancipiis ad propias
[illegible] vel [illegible] dabit
quoque aliquod male [illegible]
[illegible] et similis sufficit ad pro:
bandum, seu probatio fiat per testes
[illegible]. Et si mulier nupta ha:
bet filios, vel filias vel nepotes ex
filiis, et habet [illegible]
[illegible] debeat possit de bonis suis

Quod mulier possit
[illegible] 3.a parte
dotis [illegible]

ult.

ultra de ea parte, que dotis seu eiusdem
liberis et voluntati, in aliis duabus por-
tionibus succedant filii seu nepotes
ex filiis dicte mulieris testatricis
sed si filios vel filias vel nepotes
ex filiis non haberet, tertia pars
dotis sue revertatur ad proximiores
consanguineos ex parte patris ultra
si haberet fratrem vel sororem carnalem
aut nepotem vel patruum carnalem.
Et si dictos consanguineos non haberet
talis mulier sit libera a dicta
conditione. Et hoc locum habeat in
tertia et de duabus aliis partibus
testari, et disponere pro suis pro
libito voluntatis dummodo in
casibus supradictis vel aliquo
ipsorum teneatur mulier requirere

Quomodo mulier possit testari.

seu requisiti facere manum suprascriptam
est quod debet inserere confectionem
dicti testamenti alias si vellet inserere
quod tunc ipsa mulier non obstante
sin absentia istius testatoris quod
statutum locum habeat in futuros.
Hoc statutum est quod si dota la-
tie prefata ad patrem reddi re-
debeat. Pater ipsius dotes pro sua
filia vidua consumet, et filiis quan-
documque seruando vel alterius in-
genio restituere et ad dotes pro-
missas quorum non solutas rogavit
tot ipse pater qua etiam heredes
eius solvere dote filie integraliter.

176

111 # De successione ab intestato

In Stat. Cap. L.13.

In successione ab intestato primo succedant filii masculi et nepotes et pronepotes vel deinceps. Ex filio masculo legitimo filio vero aut nepote ex filio vel deinceps si dotatae fuerint, vel dotabantur per ipsos masculos fratres eorum vel nepotes ex filio vel ex eo sibi dos constituta fuit Patre vel Avo vel aliquid relictum nomine dotis vel absque eorum seu ad dictam familiam patrimonii Patris defuncti non possint ab intestato succedere Patri vel Matri, vel alio consanguineo coniuncto ex latere Patris vel Matris

Quod filiae foeminae non possint succedere

intestato defuncto. Nepotes vero succedant cum Patruis in stirpe, et non per capita. Si quis vero sine Patre et filiis vel nepote, aut Pronepote, vel deinceps ex filio intestatus decesserit proximiores consanguinei eius, sive unus sive plures sint eiusdem gradus succedant tali defuncto ab intestato, et omnia bona defuncti ad dictos proximiores seu proximiores deveniat. Hoc tamen declarato quod si tali ab intestato defuncto, habuerit plures fratres vel sorores, vel Nepotes ex fratre eorum aliqui sint ex utroque parente coniuncti aliqui ex ~~uno~~ altero tantum, praeferantur in eius successione ab intestato. Illi, vel ille, qui est vel sunt ab

utroq.

ctorq. parentes coniuncti exclusis con-
iunctis ex alterâ ~~latere~~ parentis. Et si habue-
rit fratres, Patruos, Sorores, vel Nepotes
ex fratre, vel fratribus, quorum aliqui
sint ex Patre, et Paterna linea tantum
ille vel illi, qui ex Paterna linea
sunt coniuncti praeferantur, et succedant
tali defuncto fratri sive patruo in
bonis paternis, et quae tali defuncto ex
paterna eius successione devenerint
et illi vero fratres, sorores, vel Nepotes,
qui ex Matre tantum ex materna linea
sunt coniuncti praeferantur, et succedant
tali fratri, et patruo in bonis maternis
et quae ipsi defuncto à patre, vel matre
hereditate devenerunt, quae ad successione
ab intestato, vel ab ipso eam non ad-

et coniuncti ali-
qui ex (matre, seu
materna linea)
tantum

mictatur cum predictis proximioribus con-
sanguineis vel aliquo eorum aliqua
mulier, seu foemina dotata à matre
patre vel fratre vel patruo, vel nepote
vel quia tales proximiores vel proxi-
mior, vel alter eorum vellet dotare [eam] ~~et~~

Q. mulier dotata non possit in supplementum agere

contribuere ~~et~~ designare [cum dotare] dote condignam
sive modo facultatis patrimonii sui, nec
possit ~~ad~~ supplementum agere quamvis
dos fuisset minus legitimè sibi debitè
iure naturali. Si qua mulier vidua
castè [et honestè] honore memoriam viri sui ser-
vaverit possit succedere et succedat
filio suo et filiis ab intestato defun-
cto vel defunctis immediate ~~ab intes-~~
~~tato defuncto vel defunctis imme-~~
~~diate~~ ab intestato ~~[illegible]~~ omnium bonorum

~~Qo in [illegible] cum bonorum talis filii sive filiis~~

tali

tali filij sive filiae ab intestato defunc-
tae, vel defuncto eo qui ad secunda vel al-
tera vota transierit vel ubi non
vixerit, sed cum morum honorem non ser-
vaverit sic omni iure filij eius
successione excludantur

117 De alendis Parentib[us] a liberis

Teneantur filii iure nature facultate suae inopes parentes alere eisque alimenta prestare. Et similiter Pater alere filium familias ac etiam emancipatum, et nepotem ex filio inopem et quemlibet ipsorum convenienter considerata facultate substantiae suae; Hoc etiam intelligatur mater, et si maior est alere possit et eiusdem iuris sit in ipsa mater vidua moretur. Salvo quod mater vidua dotem habeat vel aliud unde possit a filiis eos alere non cogatur.

De muliere habente dotem filios alere non cogatur.

113 De Prodigis et Mente Captis 179

Prodigi, et mente capti ullo modo sine
legitimi Curatoris consensu possunt ali-
quid de suis bonis vendere donare vel
quomodolibet alienare, aut aliquem
contractum vel distractum facere cum ali-
quo, nec in iudicio petendo agere, vel
conveniri. Et nolumus tamen prohi-
bere prodigorum et mente captorum
quam alios forte per errorem conventos
ut eius nec errore aliquo designatos
pro non quis mente captus vel prodigus
censeatur quod Consanguinei cuiuscumque
prodigi et mente capti et quilibet
eorum consanguineus possit ire, ad

ad Potestatem et possint facere Potestati,
et facere sibi nomen talis mente capti
vel prodigi, et facere ipsum prodigum
vel mente captum declarari et pronun-
tiari quo facto teneatur Potestas con-
gregari facere consilium in quo dd.
Iudices intersint, et in ipso consilio
publice declarare, et pronuntiare tale
prodigum esse, vel mente captum et impo-
nere publice ~~persone~~ in consilio quod
nullus cum tali sic mente capto vel pro-
digo declarato debeat contrahere vel
aliquid agere et qui sic fuerit pro-
nunciatus ex tunc mente captus cen-
seatur vel prodigus, et non possit de
iis vel pro iis quae postea gesserit sine
curatoris consensu modo aliquo conveniri
vel

1180

vel obligat, de ante gestis nec non cum,
vel intra et ante declarationes vel pro-
nunciationes praedictas. et quolibet eorum
possit efficaciter conveniri et teneatur F.C.
cuilibet respondere.

114 De fideiussoribus
Pro forensibus non obligandi

Nullus de terra Collespirionis qui sit alli-
bratus in libra communis d(ic)te terre pos-
sit pro forense aliquo fideiubere interce-
dere vel se depositarium vel debitorem
constituere, aut se modo aliquo obli-
gare pro aliquo debitore in iudicio
vel extra aut criminali, vel civili causa,
vel negocio, et si secus fuerit obligatio
ipso iure non valeat, et huic statuto
renunciari non possit. Et talis de
dicta terra qui acceperit se p(re)d(ic)tis con-
tra vel alia pro forense aliquo obli-
gatio, et pro eo solverit, vel aliquid daverit
sive

1181

sive dispendium passus fuerit indem-
nis conservetur de bonis, et habitis fo-
rensi, et summarie de plano sine stre-
pitu et figura iudicii. Et possit
etiam sua auctoritate apprehende-
re de bonis sui debitoris fideiussi pro
quo solvit, vel damnum aut dispen-
dium passus fuerit usque ad integram
solutionem.

Quod fideiussor pro fideiusso obligato possit et capi sua auctoritate.

115 De Testib[us] in Causis Civilib[us] recipiendis.

De ijs qui non possunt esse testes.

In Causis seu litib[us] Civilib[us] cuiuscumq[ue] rei quilibet potest esse testis, et compellatur testimonium probare qui inductus fuerit exceptis Patre, vel Matre Avo, Filio, Nepote, Pronepote, fratre et sorore carnali, et quolibet alio consanguineo secundi, vel proximioris gradus, et Nuru, et Socero qui non poterit, nec aliquis ipsorum potest unus pro alio esse testis vel testimonium ferre in aliqua causa, seu lite. Salvo quod si testis in pari gradu attineret utrique parti, tunc non excludatur. Sed tunc consanguineitatis

sed

|182

sed potest testificari habere in duos vel
plures fratres, et consanguineos quilibet
unusquisque gradus inter consanguineos
in primo gradu est. Si in secundo gra:
du attineat testificari, et valeat
testificatio talis consanguinei. Item
non admittantur ad testimonium minor
quatuordecim annis. Item non admit-
tantur, qui fuerint de falsa attes-
tatione, vel ab quia falsitate condem-
natus. Item possunt induci testes in
causis ordinariis quibus litis con:
testatio exigitur, scilicet contestare
et non ante nisi de testibus valetu:
dine morte veniente, vel absentia
timeatur, in quibus casibus vel quolibet

De iis qui possunt esse testes.

Quod testes examinari possunt ad perpetuam rei memoriam.

ipsorum ad perpetuam rei memoriam indu-
cendos quandocumque, et ante litem con-
testatam, vel motam prestito prius
iuramento à volente, vel inducere eos
quod ipsos vel ipsum testes vel testem
ante litem contestatam nullo inducere
ad perpetuam rei memoriam quia ti-
met, vel suspicatur de testibus suis
fugituris, vel aliquo ipsorum et
citata parte eos quos producturus
fuerit cuius interest ad quod veniat
ad videndum ipsos testes iurare
et ad accipiendum copiam Articulorum et
ad faciendum interrogatoria et si non
venerit fiat tal productio, quod
iuram.to prestito examinatis dd.
testibus et publicatis ad.e partis ab-
sentia non obstante ~ Placet

116 De scripturis Privatis mercatorum vel aliorum 1183

Quelibet Privata scriptura, tam merca-
torum quam aliorum continens quod
ille qui eam scripsit teneatur ali-
quid alicui dare, vel facere proba-
tionem faciat, et probet sicut Instrumentum
publicum guarantigiatum, et ita ea cum re-
posito et executioni mandetur dum-
modo d.a scriptura appareat manu
illius contra quem producitur. Hoc
quod in libris mercatorum et campsorum
dicte terre cum uno teste fide digno
de [illegible] credatur usque ad quantitatem

Scripturis manu propria descriptis fides adhibeatur sicut instrumentis guarantigiatis

Quanta fide adhi-
beatur libris mer-
catorum

quadragesima sol(idorum) contravenientibus, merca-
torum autem non intelligatur qui
sunt scripti in matricula mercatorum,
vel qui consueverint artem mercan-
tiae exercere &c.

117 Quod in causis Civilibus Potestas cognoscat et definiat sine Consilio sapientis 184

Teneatur Potestas, etiam quo aliqua Civilis questio ventillatur in ea procedere et cognoscere tam in ea loquendo quam diffinitive pronuntiare, et finire negotium et causam, et articulos quem libet pro se ipso sine consilio alicuius petendo sapientis nisi per partes consilium habere concorditer peteretur, et non possit petere habere consilium sapientis ante diffinitivam sententiam in d.a terra, et extra nisi

semel, et petent consilium deponere te-
neatur salarium ante quam discedat
à bancha, et Rectores declarentur
et dare suspectos, et confidentes. Et si
aliter fieret consilium habeatur pro
non facto, et teneantur Rectores causae
mittere acta omnia nominaque partium
consultari, et curare quod dictum consi-
lium habeatur infra terminum decem
dierum, et quod non possit committi
causa extra dictam terram in loco
distante à dicta terra ultra duas
dietas de quibus dictis stetur arbi-
trio Rectoris. Et si in praedictis Rectores
negligentes fuerit cadat in poenam decem
librarum Cortonensium, et Consultor cui in
terra praedicta commissa fuerit quaestio
reddat

L. 185

reddat consilium infra tres dies a die
sibi transmissi process., et recepto ad
poenas Senat. Sott. contravenientes, et qui-
libet petens consilium intelligatur suis
expensis.

consilium petens in-
telligatur suis ex-
pensis.

230v

118 # De Locatione et Conductione domorum et terrarum

Conductores domorum, et terrarum tenentur domos, et terras eis locatas diligenter et bona fide tractare, et rei, et solvere pensionem, et redditum. Et completo locationis, et tempore &c. dimittere loca, tori, et omnia, et singula facere et observare secundum legem, et formam locationis, et contractus. Et si quod omnia et singula non adimpleverint, et Locatores compellat ad ipsa omnia, et singula facienda procedens in quod ad petitionem locatoris summarie, vel de facto sine strepitu et figura iudicij et potest etiam licite locator finito tempore locationis si conductor

Et in locationibus procedatur summarie

Locator finito tempore locationis propria auctoritate intrare in rem locatam, et invito conductore.

186

ductor non dimitteret, et retractaret domus
vel terras locatas pro auctoritate aufer-
re et intrare domus, et terras predictas et
deinde suam facere voluntatem si ven-
dita, vel conducta alienari contigerit
nichilominus conductor teneatur rem sibi loca-
tam donec finiretur tempus locationis.

Quod conductor non possit expelli etc. si locator alienaverit.

119 De Arbitris

De omnibus, et sing.lis causis litibus et con-
troversiis discordiis et questionibus qui-
buscumque inter quoscumque sive in iudicio
sive extra iudicium quocumque modo ver-
tentibus posse fieri compromissum, seu re-
missio in arbitros, vel arbitratores vel
amicabiles compositores, et ille, seu illi
in quem, vel quos fuerit factum tale
compromissum, seu remissio possit, et
debeat de contentis in compromisso et
remissione ipsius compromissi, vel remis-
sionis forma cognoscere et arbitrari sen-
tentiare componere et diffinire et qui-
quid per tale arbitrium arbitratores seu
amicabiles compositores fuerit arbitra-
tum laudatum compositum aut quomo-
do-

187

debitum diffinitum, vel actum habeat robur
et sit validum et irrevocabile atque fir-
mum nec possit modo aliquo reuocari. Te-
neatur Potestas ipse ad petitionem eius
cuius interest executioni mandare et ob-
seruari facere cum effectu infra octo dies
à die lati arbitrati seu laudi vel à die
confirmationis eius si fuerit oppositum
contra illud, vel petitionis reduci ad arbitrium
boni viri, vel aliter contradictum. Et Po-
testas talis et tales Arbitros, et Commune
Amicos seu Arbitratores seu amicabiles
compositores qui compromissum, vel remis-
sionem receperint, vel acceptauerint
cogere arbitrari laudare, et diffinire causas
suprascriptas et res alias in dictis ac eisdem
sententia habita de dicta quam ipsi sententiam
seu arbitrium, vel arbitramentum, seu laudum

Quod qui acceptauerint Compromissum cogantur per Potestatem

tulerint et effectu aliter diffinierint
ad poenam decem librarum turonensium.
Et possit quilibet ipsorum in arbitra-
tum et arbitratorem, seu amicabilem com-
positorem assumere quam viam voluerit,
et non viciatur eius diffinitio seu ar-
bitrium, vel sententia licet non assumpserit
omnem viam in compromisso expressam
dummodo non pronunciet extra ea,
quae in compromisso, seu remissione
continentur et non viciatur compro-
missum vel remissio licet poena in eis
non fuerit apposita. Et ita ex arbi-
trando et diffinitione arbitrorum seu ar-
bitratorum, et amicabilium compositi-
onem oriatur actio et exceptio quemadmodum
ex sententia lata a competente judice
oritur, et illud idem ius fuit ex eis
et quilibet eorum quod fieret ex

188

sententia iudicis competentis si arbitri seu arbitratores predicti non essent concordes tertium eligant per Potestatem dicte terre.

120. De Appellationibus aliisque Recursibus.

Quilibet gravatus per Potestatem dictae Terrae possit appellare, et de nullitate agere prout infra ponetur ordinariis eodem modo appellari possit tam ab interlocutoria, quam a diffinitiva sententia et quolibet gravamine incumbente in tanto tam in Criminalibus quam in Civilibus causis, et quilibet possit appellare tam a diffinitiva sententia, quam ab interlocutoria et ante sententiam a quolibet gravamine et post sententiam latam quilibet appellare volens appellare teneatur infra decem dies a die sententiae latae et si infra dictos decem dies non appellaverit teneatur dictus Potestas dictam sententiam cum

effectu

effectum exequtionis mandare et quilibet ap:
pellari possit coram off.le a quo gravatus
appellans viva voce et verbo si fiat
in continenti in facto gravamine. Et nul:
lus possit nec debeat appellare nisi ad
S. D. N. Papam eiusque Curiam et Auditorem
sacri Palatij vel ad alium cui Sanctitas Papa
committeret regimentum et Gubernatorem
dictae terrae et si aliter fieret appellatio
ipso iure sit nulla. Si vero fieret coram
Iudice vel off.li ad quem appellatum
fiat in scriptis et contineat in eo grava:
mine, et nomen off.lis qui gravamen dedit
et in qua causa et questione, nec proces:
ne sit opus inserere, seu exprimere causam
gravaminis, sed sufficiat generaliter di:
cere in app.ne se iniuste gravatum nec ex
inhibetur appellatio et quia non fuerint

App.o etc. non petitis apostolis non inhibetur.

petiti apostoli seu litteris dimissoriis ~~lo~~
[illegible], et quilibet officialis à quo fuerit
appellatum teneatur supersedere nullas
facere innovationes vel executiones reales
vel personales in causa seu processu,
vel negotio vel sententia aut gravamine
à quibus vel à quo fuerit appellatum
et quilibet appellans teneatur appellationes
prosequi secundum formam juris, et con-
stitutiones Sanctae Romanae Ecclesiae sub poena
senatus liberandi committentis de suo salario
retinendum et finita causa appellationis
facere, et observare quidquid pronun-
tiatum vel reformatum extiterit off
officialem vel iudices appellationis et revocare
in continenti omne gravamen omnesque
detentiones et iniurias à quo vel quibus
extiterit appellatum secundum quod
Statuto

dd. offtem seu Judicem appnis existen.
pronunciand. uel reformand. ad poenas
scutor. librarum quam poenam ipso facto
incurrat si in aliquo contrafecerit uel
plenariè non observauerit id quod p.
dd. offtem seu Judices appnis existen.
pronunciand. ex de sententia per con:
firmata nullus penitus obstantibus con:
quer coràm alio.

121 De Restitut.ne in integrum

Restitutio vero in integrum in casibus à iure permissis postulari peti et agitari possint, et debeat coram D. Potestate de qua, et in qua procedatur et cognoscatur summarie et de plano sine strepitu et figura iudicij. Hoc tamen expresso, et declarato in restitutione in integrum quod qui ipsam petit, ostendat et probet se laesum se deceptum sui facilitate, vel dolo adv.rij vel alio modo. Nec sufficiat in minoribus dumtaxat se minorem probare nisi et. de laesione vel deceptione probetur, et Minor intelligatur qui non

1191

non est etatis 20. annorum vel minoris
etatis qui est etatis viginti annorum.
vel plurium maior intelligatur etatis
perfecte in quolibet casu

122 Quorum Appellationes non recipiantur.

Nullus contumax, seu condemnatus ex contumacia pro aliquo maleficio excessu crimine, vel debito audiatur appellans nisi talis contumax infra decimam diem à die latae sententiae appellaverit, et depositum fecerit in pecunia numerata apud Cameram communis dictae terrae de quantitate pecuniae condemnationis de eo factae à qua appellaverit, seu appellare intenderit, et si contingat eum in appellatione succumbere dictum depositum pro tali condemnatione integraliter solutum in introitu communis mittatur, et nisi fuerit de dicto deposito apparere constet nullo modo appellari possit, nec in appellatione et

De appellantibus in criminalibus non audiatur nisi facto deposito de tota condemnatione vel stet in carceribus donec fuerit pronunciatum

et tempore alio audiatur, vel aliquatenus
admittatur, vel paratus sit stare in iudi-
cio donec pronunciatur in processu-
su, non audiatur appellans, vel aliud reme-
dium postulans, seu intentare volens con-
demnatus ad mortem vel ad poenam aliam
corporalem, aut mox contumax ni-
si fuerit, vel venerit in fortias d(omi)ni Potes-
tatis qui eum condemnavit, ne possit
ipse in appellatione vel alio remedio succum-
bere in eius persona et bona condemna-
tionis executio fieri possit, et aliter in d(ict)o casu,
seu casibus, vel ipsorum altero ipse vel
alter pro eo non audiatur appellans
vel aliud remedium venire volens. Et si
dictorum appellatorum d. Potestas appellationem admi-
serit in utroque quinque libris bononenorum
nie quolibet condemnetur.

168. De Contradictionibus Arbitrorum

Teneatur Potestas quoque dicte terre co-
gnoscere de omnibus contradictionibus seu
petitionibus reductionibus ad arbitrium
boni Viri porrectis, vel porrigendis contra
et contra quodcumque laudum arbitrarium
vel arbitramentum seu sententiam arbi-
trorum dummodo talis petitio seu con-
tradictio facta seu porrecta coram dicto
d. Potestate fuerit infra tres dies a die
lati laudi seu arbitrii sententie vel
arbitramenti. Qui Potestas teneatur
tam de juribus dd. Laudorum sententiarum,
seu arbitramentorum quam de ipsis contra-
dictionibus seu petitionibus ad quolibet,
et qualibet causa cognoscere summarie
et de plano sine strepitu, et figura iudi-
tij

eius terminare, et diffinire causas tales
contradictionis, seu petitionis infra
decem dies continuos a die lati laudi
vel arbitrii, seu sententiae ad poenam
unciarum quinque librarum contravenientium
nisi dicto tempore durante decem dierum
Potestas de consensu partium ulterius
prorogaverit hoc declarato, et expres-
so pacto, statuto praesumitur quod omnes
sententiae, laudamenta, arbitria, arbitra-
menta lata ex compromisso seu pac-
tis conventione vel remissione iusta
et aequa praesumantur, et de ipsorum
vel alterius eorum iniustitia vel ini-
quitate seu indebito gravamine vel
dolo adhibito per contradictionem probetur
sint valida et firma et nullatenus
retractentur. Hoc autem est quod si
partes commiserint in aliquem seu aliquos

et promiserint cum iuramento non oppo-
nere seu venire contra laudum vel arbi-
tramentum ad arbitrium seu senten-
tiam, vel ad aliquid predictorum ne ma-
aperiantur petitum non possit qui
seu compromisso et iuramento venire
contra laudum arbitrum sententiam aut
arbitramentum predictum nec petere ad
arbitrium boni viri reducere, aut modo
quovis alio contradicere, et qui con-
tradixerit vel in contrarium petierit
incidat in poenam compromissi et con-
tradictor nullatenus admittatur.

Ll. de Compromisso et iuramento apposito ne possit peti reduci ad arbitrium boni viri

~~194~~

124 **De Tutoribus et Curatoribus**

Quibus Pupillo et Pupillis carentibus tutoribus testamentarijs ad petitionem propinquorum seu matris debet Tutor idoneus et diligens ex agnatis Pupilli si Pupillus obtineri agnatus idoneus, vel deest ex cognatis, et ille praeferatur in tutela et Cura qui proximior est in gradu idoneus alias praeferatur qui in domo et diligentior est non obstante ulterioris gradus prorogativa et de praedictis fiat per Potestatem diligens inquisitio, et idem fiat in Curatoribus minorum et prodigorum et furiosorum qui dari debent per Potestatem dictae Terrae cum inquisitione ad petitionem matris vel Propinquorum ma-

per quos est probo et prudens et diligens
et tutorum et curatorum filiorum pro omni
et quibus tutor et curator teneatur
facere inventarium et omnia bona pupil-
lorum et adultorum prodigorum furiosorum
et in inventario reducere ponere et
scribere, vel scribi facere. Et teneantur
dicti Rectores singulis sex mensibus com-
pellere dictos tutores et curatores omnes
sibi ostendere inventaria, et habere
unum duos vel tres ex proximioribus
pupillorum seu minorum et eis ipsis in-
spicere dicta inventaria, et inquirere
et examinare et de administratione
et exactione dictorum pupillorum et inter-
rogare subtiliter si bene vel male
gerunt vel tractant pupillos et adul-
tos, et bona eorum, et si invenerint male
gerere

Quod Rectores quolibet semestri compellant tutores ad ostendere inventaria et inquirere de eorum administratione.

gerere ministrare, Possit suspectos re-
movere, et loco amoti alium subrogare
Possit cognoscere et pronuntiare
de suspectis contra tutores, et curatores et
suspectos accusatos, ac etiam per inqui-
sitiones procedere et respectivè suspectos
removere, et alium loco sui subrogare

125 De feriis et diebus feriatis

In causis criminalibus omni tempore possit procedere cognoscere et pronuntiare et singulis diebus etiam festivis quod aliis teneatur. Potestas in causis maleficiorum sedere ad bancum et de dictis causis cognoscere salvo quod diebus Paschalibus et dominicalibus et in festivitatibus Sanctae Mariae et Beati Nicolai nostri protectoris et defensoris et duodecim Apostolorum et die Veneris Sancti et vigilia cuiuslibet Paschalis si non velit non sedeat, vel de dictis causis cognoscat in civilibus autem questionibus et causis diebus singulis ius reddatur exceptis infrascriptis feriatis diebus videlicet

Quibus diebus in maleficiis ius non reddatur

vid

omnibus diebus sabbatis et dominicalibus
Item in festivitatibus s.tae Mariae virginis
Evangelistarum s.ti Angeli, s.ti Nicolai
s.ti Johannis Baptistae. s.tae Luciae, s.tae Mariae
Magdalenae s.tae Catherinae in festo omnium
sanctorum in festivitate Epiphaniae et
Pentecostes et duobus diebus sequentibus
Item septem diebus ante festum nativita-
tis Domini et septem post. Item a die domi-
nica palmarum usque ad diem dominicam post
Pascha. Item a die iovis ante carnis pri-
vium usque ad primum diem feriae
quadragesimae ius non reddatur. In
omnibus autem diebus et singulis ius red-
datur. Item a medietate mensis Junii
usque ad calendas Augusti ius non redda-
tur. Et tempore vendemiarum, quod tempus

Quod forensibus reddatur ius summarie non obstantibus ferijs

determinetur per Ill. D. Potestatem in prædictis
diebus additis ad laudes Dei, ac ter-
minus non currat partibus litigantibus
excepto quod in casu appellationum
possit his diebus procedi et in aliis die-
bus feriatis exceptis, et in diebus ad
laudes Dei possint negotia forensium
expediri si cum terrigenis forensis
habeant questiones non obstantibus
supradictis. Et dicta negotia forensium
expediantur breviter et summarie
et sine libelli porrectione et figura
iudicij, et prout dicte serie servatur
in similibus causis [illegible] dicendum est.
Et in maleficiis vero possit quolibet
die procedi et sententiari. Et quod
notarius civilium teneatur et debeat
facere unum librum per se in quo scribat
et

et scribere teneatur, et debeat omnes dies
noctes, et senatus commorentur toto tem-
pore sui offitij quolibet die ad poenam
decem solidorum contravenientium quorum
suspensiones teneantur, et habeantur pro
dictis senatoribus illi qui sunt excepti
per dominos Rectores pro senatu quando con-
tempti erunt in absentia.

116. De Damnificatis causa Represaliar(um)

Item statuimus, et ordinamus quod si
aliquis terrigena, vel habitator terre
Collesipionis ostenderit derobatum
seu spoliatum fuisse occasione represa-
liarum d(ict)o tali forensi concessarum pro
debito alicuius terrigene, seu habi-
tatoris ad quod in veritate teneatur,
quod d(ictu)s terrigena pro eius debito
d(ict)o forensi represalie concesse sunt
et creditor firmiter esse debitum
d(ict)i forensis quod [illegible], et eius
Curia summarie et de plano sine
strepitu, et figura iudicii cogat,
et cogere teneatur d(ictu)m debitorem
ad satisfactionem d(ict)i terrigine, et habita-
toris

toris probati ad satisfaciendum sibi
de ipsa quantitate pecuniae quam mon:
strabit solvisse ille qui eum pro-
curavit, et de expensis.

127. De Reprobando aliena-
tionem Infrascriptam

de alienat(ion)e bonorum privilegiatis non solvent(ibus) datia

Item quia colludium et damnum commu-
nis utrique subiectis seculari iuri commu-
nis contingebant fieri alienationes
bonorum ad evitandum malitijs :. statui-
mus, et ordinamus quod si quis quo-
cumque titulo alienationis summisso tran-
sulit, et in aliquam personam non subiec-
tam seculari iuri dicte terre vel tran-
sferret in fundum in aliqua terra
vel possessiones sitas in territorio
et districtu dicte terre quod pro
eis non minus datia et collectas
et alias factiones dicti communis ipsi
communi solvere, et facere teneantur
nec de terra sibi huiusmodi pretio quo-
modolibet cessari bona ~ .

199

128 De Correctione Librorum

Item statuimus et ordinamus, quod impri-
mis fiat bandimentum per partem D. Potes-
tatis, et aliorum qui fuerint deputati ad
corrigendum dictos libros quod in termino
assignando in ipso bando, seu band-
imento quilibet de dicta terra, et abitant-
es in dicta terra debeant consignare in
scriptis omnes possessiones cultas et incultas
cuiuscumque conditionis quas habent et pos-
sident quocumque titulo infra territorium et di-
strictum dictae terrae, quae non sunt adcatas-
tata, et scripta in catastro communi dictae
terrae eius vel alterius cuiuslibet habitator-
is scriptae in dicto catastro, et accatastabunt
communis dictae terrae et [illegible] appariat.

244v

seniqued in dicto Catasto ed ordinibus consimilibus
proximis, et etiam nostri Potestatis seu veram mensuram. Et qui contrafecerit ut assignandi dicta res vel potestatis vel alijs eam condemnetur quod dictus Potestas tenetur proceditur summarie et sine solemnitate et figura iudicij immediate estimationis dictae rei non assignatae, et de dicta condemnatione denunciator habeat quartam partem et teneatur in secreto. Item in dicto Catasto scribatur et scriptum quantitas sit, et nunc est in dicta terra et eius districtu. Et quoties in potestatis contigerit, in ipso aliquid datium imponere exquiratur quantitas capitis pro quolibet centinario in Catasto, seu libro dicti Comunis qui nunc est seruatus

De pena ut assignanda pena contrafacienda

1200

secundum quod assumabitur volunt sen-
da per Cerbinarium et liberum. Item si quis — de contingentibus de errore mensurae et correctione
contingentur de errore mensurae dicti
bonorum, seu alicuius suae possessionis
Potestas debeat et teneatur mittere sen-
sationem mensuratores qui ut sibi vi-
debitur qui predicta declarent ad peti-
tionem petentis. Et Potestas teneatur
dictum errorem secundum dictam declarationem
corrigere, et corrigi facere in partibus
et hominum communis expensis petentis.
Item quod sit bandimentum pro parte
Potestatis quod quicumque emerit
vel vendiderit aliquam possessionem vel
domum quod infra unum mensem a die
venditionis, vel emptionis computandum
dum debeat emptor sibi fieri facere et

De bonis alienatis accatastandis.

De possessionibus à flumine diminutis delendis de catasto

De poena imponenda venditoribus post accatastatione

accatastari in catasto Communis cum
aliis possessionibus ipsius per notarium dicti
Communis, et venditor teneatur. Similiter
petere quod dictae res per venditorem vendito, ele-
vetur sibi, et ponatur emptori sub
poena decem librarum bononenorum
pro quolibet, et vice qualibet. Item
quod omnes possessiones quae per flumen,
vel rivos essent ablatae vel occupatae
in totum, vel in parte totaliter quod
sint factae prout inutiles quod ex
ea parte, quae perdita fuerint, vel
occupatae debeantur et cassentur de
forma catasti per notarium superio admen-
suram [illegible] dicti Communis. Item
quod omnes poenae imponendae ~~per~~
dicto [illegible] libere [illegible]

et

266

201

et corrigende, vel mutande possint et debeant exequi per dictum Potestatem summarie et de facto, et sine strepitu et figura iudicij usque ad quantitatem centum soll. contenentium et non ultra in: pena semper qualitate negotij et personarum arbitrio Superioris. Item quod omnes possessiones, que erunt allibrate in libro et in catastro Communis predicti reperiantur, et obligentur Communi per homines dicte terre, tam quo ad datinas, et collectas, et omnes alias factiones dicti Communis et cum alia onera et realia adhoc quod si de eis vel earum altera fieret instrum alienationis in aliquem, vel in ultimam voluntatem aut inter vivos transeat cum onere suo et

continuae d(ict)ae terrae in debitis servitijs
non fuerint, et quilibet de jure
allibratam d(ic)tum terminum partes sibi con-
tingentes de datijs et collectis solvere
teneatur infra terminum p(raedic)tum dicti termi-
ni proficiendum

Quartus Liber Incipit 1203
129

Statutum de dãnis datis Hic et sequitur infra

De damnis datis in Vineis, et alijs Guadageriis ~.

Item statuimus et ordinamus quod quicunq. de die in Vineÿs non plenÿs uuÿs, vel alÿs guadagnerÿs, silvÿs vel alia quandoque damnum dederit solvat pro poena et damno decem soll. cortonensium et credatur sua.

De damno dato in vineis
non plenis silvis, vel alia
re quod credatur iuramento
accusatoris cum uno teste,
et damnum in duplo
emendet.

mento et si fuerit damnum usque
ad quantitatem damni decem solidorum
emendet patienti in duplum et ablatori
et potestati vel eius possit quod dare
et si testem et inde non habuerit pro
et eo casu cum de damno quod de
quantitate damni credatur sacramento
inventoris vel custodi, vel laboratoris
vel domini vel ipsius damni vel fa-
muli, vel alterius de familia sua usque
in quantitatem decem soll. continentur
et eo casu puniatur poena superius
expressa.

Accusatori absque teste
credatur usque ad quan-
titatem dicti soll.

Prohibemus quod nullus faciat in pratis
vel rapis alienis, vel in aliquo blado
alieno, vencias vel alias herbas sub
dicta poena et qui abstulerit ei non
teneatur ad poenam et debeat sacramento

De facientibus venchias vel
herbas in pratis rapis vel
blad.

De auferentibus dictis herbas
facien. non puniendis.

custodi

1204

custodis, vel inventoris vel frumentarie
supradicti et secundum modum predictum poe-
na veniat imponenda. Possit etiam
cuilibet inventori dictas herbam, vel fasci-
culum herbarum auferre ipsi auferenti
auctoritate propria. Si vero damnum
illatum fuerit a decem solidis supra tunc Quod damno excedente sol. x probari ad
ab inde supra debeat de damno pro- minus per unum testem
bari saltem per unum testem, et se-
cundum probationes factas fiat emenda- Quod secundum probationes fiat emendatio de in duplo.
tio damni illati in duplum illi qui
passus est damnum, et poena supra sini-
sta formam nichilominus condemnetur.

130 Quilibet tenere canem uncino ligatum.

130 Item statuimus et ordinamus quod a calendis Augusti usque ad calendas 7bris canes hominum dicte terre portent et portare debeant uncinos bonos fortes et magnos ligatos ad collum, et si canis cuiusque inventus fuerit sine uncino predicto, dominus canis puniatur vice qualibet in quinque soll. cortonenses et credatur iuramento accusatoris cum uno teste

Quod Vicarius teneat mittere Notarios suos et familiam ad custodiendum Vineas, et alios fines 1205

Item statuimus et ordinamus quod Potestas dictae terrae qui pro tempore fuerit supra inquisitionibus damni dati et teneatur, et debeat fieri facere custodias vinearum et aliorum finium et mittere notarios suos cum familia et servitoribus dictae terrae pro damnis datis inveniendis saltim ter pro qualibet edomoda et repertos culpabiles punire secundum formam statuti dictae terrae ad poenam decem librarum retinendarum de suo salario

retinendam et de omni damno dato
inuento in eius d. Locatore vel eius
nostrum et famil. d. Locatoris teneat
et habere debeat quartam partem pro
residuum quod superest et d. Loca-
tor nostrum et familiares teneantur
et debeant ducere ad Palatium d.
Locatoris omnes homines, et personas
et bestias quas inuenerint damnum dan-
tes vel bestias inuentas ducere non
possint sbetur et credantur relationi
nostri vel alicuius de familia d.
Locatoris ~

206

181 De damnis dandis cum Gallis in hortis et canepis

Item statuimus et ordinamus quod quicumque dederit damnum cum gallis, ocaribus, vel aliis similibus in horto, canepis, vel in area condemnetur pro uno quoque pullorum in duodecim denariis contravenientis vice qualibet et stetur sacramento inventoris vel domini rei vel alicuius de familia ipsius in quantitate decem solidorum contravenientis et emendet damnum patienti.

133. De Damnum Dantibus
In Pratis, et Vineis Custoditis

De damno dato in prato custodito personaliter vel cum bestijs

